1 **Locutus** est **Ca. III** dñs. a **Tolle** sum. zc. **Orige.** **Fuz** in tres ordines diuiduntur filij leui: ex tribus nomini / bus principū singuli ordines censent: etia in ipis diuersitates quedā nō sine mysterijs ascribunt. **Hā** filiozū caath p̄m' ordo ponit: qz ex ipō d̄scēdit moy ses z aaron q̄b' sūma sacerdotij cōmit tit. **Ex** ipō enī nascit' amrā ex q̄ nascit' moyses z aarō. **Sed** ordo est gerson q̄ p̄mus qd̄c est natiuitate. **Bit** enī scri ptura: filij aut leui gerson caath z me rari. **Sz** ex filijs caath duo rursus or / dines dirigit: z hi q̄ ex aaron descē / dūt sacerdotio mancipant: pars vō re liq̄ ministrat sacerdotib': z iō i q̄tuoz ptes leuitarū diuidunt' officia: vt sacer dotio fungant' aarō z filij ei': sc̄t̄sc̄toz portēt in humer' suis reliq̄ ex pp̄lo caath. **Que** aut p̄tinent ad tabernaculū testimo niū: vel ad atria ei' z pelles ei' vel etia velamēta: z queqz mī nus durat: z ad onus leuia p̄curāt filij gerson. **Colūnas** vero tabernaculi z bases eius z seras portēt filij merari. **Ideo** si gnāter scriptura ait: **Et** recenset' p̄tus merari. **Vir**tute enī opus est ad hmōi portādas sarcinas. **Paulus** vō libero iaz z reuelato oculo mētis bec oīa aspiciens z veteris testamēti velamē abiciens / ait: ad **Heb. viij. a.** **Quia** prior pp̄ls in hu iusmodi cōstructiōibus exemplarijs z vmbze celestij deserui uit. **Con**sidera ergo ne forte isti q̄tuoz ordines castroz exem plum sint et vmbza illozū quattuoz ordinū quos ad hebreos scribēs **Paulus** enumerauit in celis. **Et** rursum israheliticis quattuoz castroz ordinib' q̄ternos adūce leuitarū q̄ nos non tam explanam' q̄ cōtingimus puriorib' sensibus z liberis a secularib' indicem'. **Orige.** **Alia** lra. **Accipe** numerū filio rū caath zc. **Ecce** alius ordo numeroz introducit. **Numerā** ti sunt tam filie leui ab vno mēse z supra. **Hūc** aut numerant' filij leui. a. xxv. anno: sed nō vt in ceteris z supra: sed vsqz ad quinq̄gesimū annū: z fit iste p̄cipuus numer' z electus. **Ad** dit' aut his p̄dictis oīs qui p̄cedit ad ministrandū ad opa ta / bernaculi testimonij isti sunt qui numerant' meliore z p̄cipuo numero. **Sicut** enī in filijs isrl dicebat: **Dñs** q̄ p̄cedit ad bel lum de filijs

1 **Locutus** est **Ca. III** est dñs ad moysen z aaron / dices: **Tolle** b summā filioz' caath de medio leuitarū p̄ domos z fa milias suas a trigesimo āno z su pra / vsqz ad q̄nq̄gesimū ānū: oīz q̄ ingrediunt' vt stent z ministrēt in tabernaclo fēderis. **Hic** ē cul tus filiozū caath. **Tabernaculū**

Glo.ordi.

lum de filijs isrl: ita hic oīs qui p̄cedit ad ministeriū vt faciat opa in taberna / culo testimonij. b **In** tabernacu lo. **Orige.** **Tabernaculum** testimonij sunt oēs sc̄ti qui sub testimonio dei cē / sent. **In** hoc tabernaculo sunt qdā me ritis z grā celsiores: z ex his aliq̄ can / delabrū dicunt: forte apli qui illumi / nant accedentes ad deum: z alij qui in hoc tabernaculū dei ingredientib' lu men scientie z doctrine ostendunt: alij sunt mēsa: qui pane dei pascunt anias esurientes

Nico.de lyra

1 **Locutus** est **Ca. III** dñs ad moysen et aarō. **Hic** consequēter describitur **Diuisio** ordinatio leuitarū tēpore motus. **Et** circa hoc p̄mo ponit' offi ciorū distinctio. **secūdo** numerozū collectio / ibi: **Recensuerūt** igitur. **Circa** primū primo distinguunt' officia caathitarū. **se / cūdo** gersonitarū / ibi: **Tolle** summā etia filiozū gerson. **ter / tio** meraritarū / ibi: **filios** quoqz merari. **Circa** primū scien / dum q̄ sacerdotes z leuite qui dicunt' caathite fuerunt de tri bu caath: sed sacerdotes qui descenderūt de caath per aaron ex hoc habuerūt speciale nomē: z dicunt' aaronite: z cum hoc etia caathite: alij autē caathite tm̄. **Primo** ergo describit' offi cia aaronitarū. **secūdo** caathitarū / ibi: **Quoqz** inuoluerint. **Cir ca** primū dicit' sic: b **Tolle** summā filiozū caath: se paratim ab alijs. c **A** tricesimo an. z supra. **Infra.** viij ca. dicit'. a. xxv. annis z supra. **Dicendū** q̄ a. xxv. anno pone / bant' ad discendū ministeriū leuitarū: sed in. xxx. anno institue bantur ministri qui per experientia videbant' apti: et repelle / bant' inepti. **Ratio** aut q̄re nō instituebant' añ. xxx. annū est: qz vsqz tūc nō p̄ficiē robur hoīs corpore z mēte vsqz ad quin / quagesimū annū: z tūc incipit fortitudo corporis debilitari. d **Hic** est cultus filioz ca. i. illā partē que dicit' sancta. **Et** sanctūsc̄toz **Oraliē** **Oraliē.** a **Locutus** est dñs zc. **In** h̄ caplo descri bunt' officia leuitarū in motu castroz z p̄mo caathitarū / cū dē: d **Hic** est cul. zc. p̄ qd̄ significat' sacerdotes noue leg': vt **predictū** est:

Pa. 23. a

Oraliē

E surlentes et strictes iusticia: alij altare in-
 censi / qui orationibus et ieiunijs vacant die
 ac nocte in templo dei. **D**ivero quibus arca
 na mysteria deus credidit / arcana dicunt te
 stamenti dei. **Q**ui autem cum omni fiducia per
 preces et supplicationes deum hominibus re-
 propitiant / et per delictis populi interueniunt
 propitiatorum sunt. **Q**ui meruerunt multitudine
 scientie: et abundantes diuitias in agniti-
 one dei cherubin prout intelligi. **C**herubin
 enim plenitudo scientie interpretatur. **S**ed hos
 oes qui per hec singula designantur portari ne-
 cesse est et in humeris. **E**t ego opinor: an-
 geli qui ordinati sunt propter eos qui heredita-
 tem capiunt salutis eos portant. **C**um autem solutum
 fuerit tabernaculum hoc et ceperimus ingre-
 di ad illa scilicet et pergere ad locum promissionis:
 hi qui vere sunt sancti et in sanctis habitant:
 angelis portantibus incedunt / et usquequo re-
 quiescat tabernaculum dei portant in hume-
 ris / et extollunt in manibus. **V**n **P**s. xc. a.
Qui angelis suis mandauit de te / ut in ma-
 nibus tollat te etc. **Q**ui diabolus de salua-
 tore intelligendum putauit / sed executus ma-
 licia eloquia mystica non intellexit. **N**ec enim
 saluator angelis indigebat ut non offende-
 ret. **A**ngelis autem suis mandauit deus pro populo
 suo ut non offendar pedem suum ad lapidem.
Hinc **P**aulus ait. i. **1** Cor. iij. d. **S**ed nos
 qui viuimus qui reliqui sumus simul rapiemur cum
 illis in nubibus obuiam christo in aera. **R**a-
 pient ergo ab angelis qui penitus purgati
 et leues a delictis effecti sunt. **P**ortant ergo
 et colunt tabernaculum a quibusdam et atria etc.
 qui refert scriptura non ab israelitis / sed a le-
 uitis. a **I**nuoluentur. **M**e forte aliquid
 videat nuda et moriantur. **E**xterminat enim
 qui ineffabilia sacramenta contingit nisi meri-
 tis et scientia in sacerdotum gradu promotus fu-
 erit. **P**rius. **S**eptem quidem species nume-
 rantur que operari precipiunt. **P**rimo autem ut
 oim preciosior arca testamenti operiat veloz
 sed et pelle desuper hiacynthina tegat: addit
 etiam aliud velamen desuper hiacynthinum. **S**e-
 cundo mensa operiat. **T**ertio candelabrum. **Q**uar-
 to altare aureum. **Q**uinto vasa ministerij.
Sexto operimentum altaris cum quibusdam velamen-
 tis opponit. **S**eptimo operiat et labrum: et ni-
 hil horum nudum relinquit. **D**einde additur:
Nolite exterminare de tribu sua plebem ca-
 ath: ut scilicet exterminandos se sciret: si for-
 te ad hec mouenda manus suas mitterent /
 nisi unquam eorum prius fuisset a sacerdo-
 tibus tectum. **R**edeamus ergo ad tabernaculum
 ecclesie dei viuendum: et videamus quod oportet
 obseruari hec singula a sacerdotibus christi.
Signis vere sacerdos est cui sacra vasa. i.
 mysteriorum secreta sapientie commissa sunt: di-
 scat quod hec oporteat intra velamen scientie
 custodire / nec facile in publicum proferre:
 aut si res poscit proferre / et imperitiis tra-
 dere / ne nuda proferat / et ne aperta ostendat
 penitus patietia: alioquin homicidium facit
 et exterminat plebem. **E**xterminat enim omnia
 secreta et ineffabilia sacramenta protigerit non
 dum meritis et scientia in sacerdotum gradu
 translatus. **S**olis enim filiis aaron. i. sacer-
 dotibus arca / et mensa / et candelabrum: et qui
 supradicta sunt / nuda videre concessum est.
Alij autem hec operata videant: imo velata in
 humeris portant. **B** **E**t operiet. **F**ilius
 aaron sacerdotis / quibus omnia nuda et aperta
 videre concessa sunt. **C** **P**anes semp.
Aug. **E**t panes qui semp super ea erunt: non
 utique idem semp / sed similes eorum: quia illi aufe-
 rebant / et recetes quotidie ponebant: dum
 tamen sine panibus mensa non relinqueret. **I**deo
 dixit qui semp super eam erunt. i. qui semp pa-
 nes non

federis et sanctus sanctorum a
 ingredientur aaron et fi- b
 lii eius quando mouen-
 da sunt castra: et depo-
 nentur velum quod pendet ante fo-
 res inuoluetur eo arca te-
 stimonij / et operiet rursus
 velamine hiacynthina
 pellium: extendentur desuper
 pallium totum hiacynthi-
 num et inducent vectes. c
Mensa quoque propositi-
 onis inuoluetur hiacyn-
 thino pallio: et ponentur cum
 ea thuribula et mortario
 la / cyathos et crateras ad
 liba fundenda. **P**anes d
 semper in ea erunt / exten-
 dentur desuper pallium
 coccineum / quod rursus
 operient velamento bia-
 cynthinarum pellium / et
 inducent vectes. **S**umet
 et pallium hiacynthinum
 quo operient candelabrum
 cum lucernis et forcipibus
 suis et emunctorijs / et cu-
 ctis vasis olei que ad co-
 cinnandas lucernas ne-
 cessaria sunt: et super omnia
 ponent operimentum bia-
 cynthinarum pellium: et in-
 ducent vectes. **N**ec non z
 altare aureum inuoluetur
 hiacynthino vestimento:
 et extendent desuper ope-
 rimentum hiacynthina-
 rum pellium / inducentur
 vectes. **O**mnia vasa qui-
 bus ministrat in sanctua-
 rio inuoluetur hiacynthi-
 no pallio: et extendent desu-
 per operimentum hiacynthi-
 num pellium / inducentur
 vectes. **S**ed et altare mundabit
 cinere: et inuoluetur illud
 purpureo vestimento: po-
 nentur cum eo omnia vasa
 quibus in ministerio eius
 vtuntur: id est ignium rece-
 ptacula: fuscinulas ac tri-
 dentes / vincinos et batil-
 la. **C**uncta vasa altaris
 operient similiter velamine bia-
 cynthinarum pellium: et indu-
 cent vectes. **C**umque inuolue-
 rint aaron et filij eius scilicet

nes non quod illi semp. d **N**ec non zalta-
 re etc. **A**lia scilicet: **E**t super altare aureum adoperi-
 ent vestimentum hiacynthinum: et adoperiet il-
 lud operimento pelliceo hiacynthino. **P**ossent
 ista locutio videri: quia velut absurdum et non in-
 tegera latini interpretes transferre voluerunt. i.
 super altare aureum adoperiet vestimentum hiacyn-
 thinum tamquam debuerit dici / et altare aureum ad-
 operiet vestimento hiacynthino / non adoperi-
 ent vestimentum hiacynthinum: hoc videtur signi-
 ficare quod ipsum vestimentum hiacynthinum ali-
 unde adoperiret. **S**ed mihi videtur non tam
 genus locutionis esse quam sub obscuris sensibus:
 hoc enim intelligi potest. **S**uper altare aureum
 adoperient vestimentum hiacynthinum ut ipsum
 vestimentum hiacynthinum alia re operien-
 dum preceperit: quod vestimentum iam super altare
 esset: ac si
Aidely.
 * a **E**t scilicet scilicet. i. scilicet etc. b **I**n-
 gredient etc. **A**d inuoluetur ea que erant intra
 tabernaculum: que materia et forma exposita sunt
 Exo. xxv. c **E**t inducent vectes. Exo.
 xxv. b. dicitur quod vectes arce super erant in ea: et non
 extraherent: quod dicitur hic induci in motu
 one castrorum: dicitur quod inducebant super scapu-
 las portantium. d **P**anes super etc. **E**tiam quod
 portabat de loco ad locum erat panes inuoluti
 cum mensa / sicut et ignis in altari holocausti: ut di-
 cetur. **O**periet candelabrum etc. **S**equitur:
 e **I**nducent vectes. Exo. xxv. vbi agi-
 tur de factura candelabri nulla fit mentio de
 vectibus etc. **D**icendum quod hoc non haberet vectes
 transerent per anulos: sicut habebat mensa: tamen quod
 candelabrum erat inuolutum ponebant vectes in
 superficie operimenti / ut melius possent porta-
 ri: quod portabat in humeris: ut habet. i. vij. ca.
 f **S**z et altare. i. holocaustorum. g **M**un-
 dabunt cinere. **I**tem eiciendo. h **E**t inu-
 luetur etc. **C**um alia sint inuoluta pallijs hiacyn-
 thinis: que istud altare inuoluebat purpureo:
Dicitur Ra. Sa. q. b. erat ad designandum ignem
 desubter latente. **D**icitur enim quod ignis qui descendit
 de celo: ut habet **L**eu. ix. in altari illo super erat:
 sed quod mouebant castra ponebant desuper ope-
 rimentum eorum et pallium desuper nec comburebat: si-
 cut nec ad ventum vel pluuia extinguebatur spe-
 quietis castrorum ille ignis in altari holocausti sub
 diuo: et hoc diuino miraculo: erant enim in po-
 pulo israel aliqua miracula transerentia: sicut di-
 uisio maris rubri et similia: aliqua vero perma-
 nentia sicut descensus mane et continuatio ignis
 in altari absque etiam extinctione et consumptione.
 i **P**onentur cum eo etc. **D**e quibus dictum est
 Exo. xxv. k **C**umque in etc. **D**ic describit
 * officium ca-
 predicatum est: ipsi vero portabant arcam te-
 stamenti / mensam / candelabrum / altare incensi et
 altare holocausti: per quod quod significat quod de-
 bet esse in sacerdotibus noue legis. **P**rimum est sa-
 cre scripture noticia per arcam testamenti signifi-
 ca. **D**alac. ij. a. **A**bia sacerdotis custodiunt
 scientiam et legem eius: ore requirit: quod angelus domini
 exercituum est. **S**ecundum est per buzum doctrine quod
 per mensam significat: nam in hac mensa pa-
 nis spiritualis proponit. **D**eutro. vij. a. **N**on
 in solo pane viuunt homo / sed in omni verbo quod
 procedit de ore dei. **T**ertium est lumen exem-
 plaris vite quod significat per candelabrum.
Matth. v. b. **N**emo accendit lucernam et po-
 nit sub modio / sed super candelabrum ut luceat
 oibus qui in domo sunt. **Q**uartum est odor
 orationis deuote et significat per altare incensi.
Ps. cxi. a. **D**irigat oratio mea sicut incensum in con-
 spectu tuo. **Q**uintum est rigor discipline et signi-
 ficat per altare holocausti. **R**om. xij. a. **O**ble-
 cro vos per misericordiam dei ut exhibeatis cor-
 pora vestra hostiam sanctam: deo placentem etc.
 * hoc est officium

Doralie

esset: ac si breuiter vtrūq; cōplecteret: vt vestimēto hiacynthi no altare operiendū: z vestimentū hiacynthinū alio tegmine operiendū. Subiungit deniq; vñ operiri vellet vestimētū hīa cynthinū/cum adiecit: z adoperiēt illud operimento pellicio hiacynthino. a ¶ Tunc intrabūt si. zc. Orig. Qui licet nō sint sacerdotes: quia eis tamē primi sunt in humeris suis ista portare possūt: alij sō sarcinas suas z ministeria i plaustris ponunt. Cum enī offerent a singulis tribubus plaustra: q̄tuor ex his acciperūt filij merari: duo vero filij gerson.

Doralit

¶ Illi sō qui meliores sunt plaustra non accipiunt. Intuere ergo cuiusmodi diuisio sit in officijs diuinis et ministerijs: z quōd que sanctificata sunt nō portant ab aialib; mutis: sed rōnales debēt esse homines qui in humeris suis portant vasa q̄bus ministrant sanctor; sc̄a. Grauiora vero et duriora nō tam rōnalibus q̄ mutis aialibus imponunt: z in ip̄is ali qua est differētia. Qui enim duriora et grauiora obseruat ministeria: plura habent aialia. Quattuor plaustra danē filijs merari. Filij autē gerson qui erant propinqui filijs caath: duo tātū. Unde ostendit q̄ operibus durioribus z grauioribus plures sunt qui velut aialia inseruiūt. Ad ea sō que rationalibus procurant: pauci de minus instructis accipiunt. Nam ad illa que mystica sunt z secreta (solis sacerdotibus patent) non solum nullus animalis homo accedit: sed nec ipsi qui habent aliqd exercitiū z eruditionis: nondū tamē meritis z vita ad sacerdotale gratiā cōdescenderūt. Nec solum per speculū ea et in enigmate vident: sed z operata z velata suscipiunt: et humeris portant vt ea magis actu q̄ scientie reuelatiōe cognoscāt. Tales ergo nos exhibeam; / qui digni efficiamur ordine sacerdotij: ne velut irrationalibus onera graua imponā; sed tanq; rationales z facti sacerdotales officijs deputemur. Sens enī sancta z regalē sacerdotium sumus: tantū vt acceptā gratiā vite meritis equātes / digni habeamur sancto ministerio: vt cum discesserimus de hac vita / mereamur assumi iter sacerdotēs dei: et ministrātes arce test. in arcibus. s. ministerijs reuelata facie gloriā dei speculemur z ingrediamur terrā sanctam: cuius hereditatē prestabit nobis domin; noster iesus christus. b ¶ Nolite pdere. Orig. Nolite exterminare plebem caath zc. Intellige prius locutionē tabernaculi: z sancta factor; que interiecto a sanctis velamine dirimunt: que videre non licet nisi solis sacerdotibus. Postea vero quomō mouentibus castra filijs israel soluitur tabernaculū: aarō z filij eius sacerdotes intra sancta sanctorū operiunt singula operimentis suis: z operata ibidem relinquētes introducunt filios caath huic officio deputatos: z faciunt eos eleuare humeris suis que operuit manus sacerdotales. Ideo dicit a domino. Ne exterminetis de tribu sua plebes caath: quasi in eo exterminandi essent: si sancta sc̄o; nuda z patētia cōtignissent / que nec intueri fas erat. Si quis dignus est ex his qui deo ministrant diuina capere et videre mysteria: que videre ceteri nō valent: hic aaron et filij eius intelligunt esse qui ingredi possunt ad ea q̄ alijs adire fas nō est. Huic soli reuelata patet arca testamēti: z vna habēs manna. Dic considerat propitiatorū: cherubin: mensam sanctā: candelabrum luminis: z altare incensi: qui sc̄z verbo dei z sapientie mysterijs

1. Pe. 2. b

riū z oīa vasa ei; in cōmotio / ne castror; tunc intrabūt filij caath: vt portent inuoluta et nō tangāt vasa sanctuarij ne moriant. Ista sūt onera filiorū caath in tabernaculo sedentis: sup q̄s erat eleazar filius aaron sacerdotis: ad cui; p̄tinēt curā oleū ad pcinnādas lucernas: z cōpositiōis incensū z sacrificiū qd̄ semp offerēt et oleū vnctionis: et q̄cqd̄ ad cultū tabernaculi p̄tinēt omnīq; vasor; q̄ in sc̄uario sūt. Locutusq; ē dñs ad moysen z aaron dicens: Nolite pdere pplm caath de medio leuitarū: sed hoc facite eis vt viuāt z nō moriant si tetigerint sc̄a sc̄o;. Aaron z filij ei; intrabūt / ip̄iq; disponēt opa singulor;: z diuidēt qd̄ portare q̄s debeat. Alij nulla curiositate videāt q̄ sunt in sc̄uario p̄us q̄ iuoluant: alioq; morientur. Locutusq; est dñs ad moysen dicens: Tolle summā etiā filior; gerson p̄ domos ac familias z cognationes suas ¶ zc. a vicesimo q̄nto anno z supra. a triginta annis z supra vsq; ad annos q̄nq;ginta. Humerora oēs qui ingrediunt z ministrāt in tabernaculo sedentis. Hoc est officiū familie gersonitarū vt portēt cortinas tabernaculi z tectū sedentis / operimentū aliud: z sup oīa velamen hiacynthinū: tentorūq; qd̄ pendet in introitu tabernaculi sedentis / cortinas atrij et velū in introitu qd̄ est an̄ tabernaculū. Q̄ia que ad altare p̄tinent funiculos z vasa ministerij iubēte aaron z filijs ei; portabūt filij gerson: z scient singuli cui debeāt oneri mancipari. Hoc est cultus familie gersonitar; in tabernaculo se

mysterijs operam dat: z deo soli in sanctis vacat. Sciat sane nō sibi esse licitū aperire ea quib; nō licet: sed operata ceteris minus capacibus tradere portanda humeris. Cum enim ex verbis mysticis perfecti doctores opera inlingunt populis: z plebs implet que mandant / sed nō itelligit rationē: operata sancta sanctor; super humeros portatur. Moyses intelligebat que esset vera circūcisio / quod verū pascha / que vere nomen: vera sabbata: z tamē ea per rerū corporalū species adumbrabat. Et cum sciret verū pascha immolandū esse christum: ouem corporale immolari mandabat in pascha. Et de farine acymis diez festum agi / cum sciret diem festum argentum esse in acymis sinceritatis z veritatis. Nec z huiusmodi erāt sancta sanctor; q̄ cū moyses portāda ceteris traderet. i. reb; z operib; implēda: velata tamē cōmuni sermone tradebat. Humeri autē opera significant. c ¶ Alij nulla curiositate zc. In ecclesiasticis quoq; obseruationibus sunt que omnibus facere necesse est: nō tamē ratio omnibus patet. Quod enim genua flectimus orantes: z ex omnibus celi plagis ad solam orientis plagam vel partem cōuersi oramus: nō facile patet cui;.

F

Tropolo.

Nico. de lyra

¶ officium caathitarū quod erat portare illa que erant inuoluta p̄ sacerdotes. a ¶ Sup quos erat eleazar. Dicitur est ca. precedētī q̄ erat super omnes leuitas: dicendū q̄ erat super caathitas immediate: sed super gersonitas z meraritas erat mediate. b ¶ Ad cuius pertinet curā oleū zc. Dicit Ra. Sa. q̄ portabat illud i manu dextera. c ¶ Et cōpositiōis incensum: in sinistra. d ¶ Et sacrificiū quod semp offeritur. i. omni die quo dicitur fuit Exo. xxix. portabat in brachio q̄tum requirebat pro ipsa die ad offerendum in hora quietis castror;. Sequitur: e ¶ Alij nulla curiositate videāt que sunt in sanctua. priusq; inuol. Et ideo erat eis inhibitum ne intrarēt tabernaculum donec omnia essent inuoluta: nec operimenta aliquo modo retraherent ad videndū ea que essent interius. f ¶ Alioquin morientur. sicut. i. Regū. xvi. Bethsamite mortui fuerunt eo q̄ viderunt arcam dñi nudam. g ¶ Locutusq; est domin;. hic describunt onera gersonitarum / cum dicitur: Tolle summā etiā filior; gerson. Sequit: h ¶ Ut portent cortinas tabernaculi / que sunt de quattuor coloribus. i ¶ Et tectū sedentis: qd̄ est operimentum de sagis. k ¶ Operimentū aliud: sc̄z de pellicibus: ista autem exposita sunt Exo. xxvi. l ¶ Et velum in introitu zc. In hebreo habetur sic: Velum ostij atrij quod est ante tabernaculū z altare per circuitum: z hec videtur verior littera: vt dictum est caplo precedētī. m ¶ Funiculos z vasa ministerij. In hebreo habetur: Funiculos et vasa ministerij sui. Et accipitur hic vasa. i. instrumenta p̄ modum loquendi hebraicum. vnde z. i. Regum. xx. g. vbi dicitur de ionatha q̄ tradidit puero arma sua. In hebreo habetur: vasa sua. Vasa enim quibus ministrabatur

Vasa

¶ hoc est officiū familie gersonitarū. Per quos clerici significant vt supra dicitur est: ipsi portabant cortinas z vela tabernaculi operimenta z funes: per que tria significantur que debēt

Doralit

percipiende/ vel eo ritu quo gerit ex/ plicande: vel eoz que geruntur in ba/ ptismo verboz gesto/ ordinu/ itero/ gationu/ r respõtionu: quis facile expli/ cet rone: Hec tm (licet velata) hume/ ris portam: cu ita implemus vt a ma/ gno potifice r filijs eius tradita: r co/ medata suscepimus/ nisi quis sit inter/ nos aaron: aut filius aaron/ quib con/ cedit hec nuda perspiciere: ita tm vt sci/ ant sibi velanda esse/ nisi ceteris dari/ et in opus proferri ratio poposcerit.

Triginta. Tricenarius qui de/ nario ter multiplicato componit: inte/ gritatem fidei r pfectione opis signifi/ cat/ sine quibus nemo accedere debet/ ad diuina ministeria. Joseph tricena/ rius egypti suscepit gubernacula. Et/ Dauid regnum / quod septuaginta. i. p/ petua quiete digno cõpleuit. Et Eze/ chiel pphetie dona pmeruit. Et quia/ per fide aduersa debent longanimitate/ ferri/ et premia sublimiter sperari: ar/ ce vel templi altitudo / et tabernaculi/ longitudo. xxx. cubitis mensuratur.

Quinquaginta. In hoc qz/ libro de hostium spolijs quidam offe/ runt dona dei quinquagesimam por/ tionem/ qui non pcesserunt ad bellum/ Quidam vero quingentesimam. In/ genesi quoqz vbi deus tractabat de in/ dulgẽtia sodomoru: si forte possent ad/ ventu peruenire: huiusmodi mysterio/ ru cõscijs abraã a quinquagesimo nu/ mero cepit p indulgentia dno suppli/ care dicens: Si inuenti fuerint quin/ quaginta in ciuitate non saluabis pro/ pter quinquaginta ciuitate: r. Ppor/ tet ergo operari leuitas in sanctis vs/ qz ad quinquaginta annos. Inferio/ res quide opera meliores vero opera/ operu. Poru autẽ superiores spiritali/ bus officijs deseruire / r itroire in scã/ sanctorum r ibi operire que operieda/ sunt: r tradere filijs caath portada hu/ meris r manib eueheda. c. **D**es/ qui ingrediunt r. Orige. Dicitur/ de leuitis q operentur a. xxv. anno et/ supra / vsqz ad quinquagesimũ annũ.

Gen. 18. e

Gen. 19. c

Opa opey

Des inquit q pcedit ad opus opey: r/ ad opera que portantur tabernaculi te/ stimoniũ r. Nota distinctionem ser/ monũ. Vbi de operibus filioz israhel/ loquitur: non dixit opera operu/ sed so/ la opera: vbi vero de officijs leuitaruz/ dixit opera operum. Sicut enim sunt/ sancta r sanctasancioy: sic sunt opera/ r opera operu. Unde mihi videtur q/ moyses vbi sensit esse quedam opera/ visibilia quibus inesset mystica intelli/ gentia: hec nõ solum opera / sed opera/ operu dixit. Que do cõmunia r pãtis/ tps intellexit/ hec tm opa nominauit. Sũt ergo opera operu (sicut in pãti le/ ctõe vel in exodo r in ceteris locis sub/ occulte pcepit mysterijs: r partim in/ presenti / r partim in futuro explẽdis) que nõ cuilibet/ sed solis leuitis tradẽ/ da mandant. scilz a. xxv. anno / vsqz ad/ quinquagesimũ: quia in. xxv. sensuum/ quinqz perfectio declaratur: vt quin/ quies quina numerentur. Quod indi/ cat eum vocari ad opera operu in mi/ nisterio peragẽda: qui omni parte mul/ tiplicatis purificatis sensibus inueni/ tur perfectus. **A**d annũ quin/ quagesimũ. Quinquagesimus autẽ/ annus remissionẽ r indulgentia signi/ ficat.

Quinãge/ um annus

deris. Erũtqz sub manu ithamar a/ filij aaron sacerdotis. Filios quo b/ qz merari per familias et domos a/ patrum suozũ recensetis a trigin/ ta annis et supra vsqz ad annos/ quinquaginta: omnes qui ingredi/ untur ad officium ministerij sui et/ cultũ federis testimonij. Hec sũt/ onera eorum. Portabunt taber/ naculi tabulas r vectes eius: colũ/ nas ac bases earũ: colũnas quoqz b/ arij per circuitum cum basibus r/ parillis r funib suis. Omnia vasa/ r supellectilem ad numerũ accipi/ ent/ sicqz portabunt. Hoc est offi/ ciũ familie meraritarum r ministe/ riũ in tabernaculo federis: erũtqz/ sub manu ithamar filij aarõ sacer/ dotis. Recesuerũt igĩt moyses et c/ aaron et pncipes synagoge filios/ caath p cognationes r domos pa/ trũ suoz: a triginta annis et supra/ vsqz ad annũ quinquagesimũ: oes/ qui igrediunt ad ministeriũ taber/ naculi federis: r inuẽti sũt duo mi/ lia septingẽti qnquaginta. Hic est/ numerũ ppli caath q intrat taber/ naculũ federis. Hos numerauit/ moyses et aarõ iuxta sermonẽ dñi/ p manũ moysi. Numerati sũt et fi/ lij gerson p cognatiões et domos/ patz suoz a triginta anis r supra: c/ vsqz ad annũ qnãgesimũ: oes q in/ grediunt vt ministrẽt in tabernacu/ lo federis: r inuẽti sũt duo milia sex/ cẽti triginta. Hic est pplis gersoni/ taz qz nũerauerũt moyses r aarõ/ iuxta vbu dñi. Numerati sũt r filij/ merari p cognatiões r domos pa/ trũ suoz a triginta anis r supra/ vs/ qz ad annũ qnãgesimũ/ oes q igre/ diunt ad explẽdos ritũ tabernacu/ li federis: r inuẽti sũt tria milia du/ cẽti. Hic est numerũ filioz merari/ qz recesuerũt moyses r aarõ iuxta/ dñs imperium.

Rceptũ dñi p manũ moysi. Des q/ recesiti sũt d leuit: r qz fecit ad no/ mẽ moyses r aarõ r pncipes isrl p/ cognatiões r domos patrũ suoz a/ trigita anis r supra vsqz ad annũ/ qnãgesimũ ingrediẽtes ad ministe/ riũ tabernaculi/ et onera portada: fuerũt sil octo milia qngenti octo/ ginta. Iuxta vbu dñi recesuit eos/ moyses vnũquẽqz iuxta officiu suũ r/ onera sua: sicut pcepit ei dñs.

ficat. **M**a quinquagesimũ annus est/ qui iubileus apud hebreos dicit in q/ possessionũ seruitutis r debiti fit re/ missio. Et quinquagesimũ dies post/ pascha festus tradit in lege. Et dñs/ in euãgelio inducẽs debitores cu pa/ rabolã remissõis r indulgẽtie doce/ ret: vnũ in qnãginta r aliũ in qngenti/ tis denarijs fuisse dicit obnoxios. Quinquaginta autẽ r quingenti: co/ gnatus est numerus. Decades enim/ quingenta faciũt quingentos. Aliter/ quoqz hic numerus sacatus est. Se/ ptẽ eni septimanis si addat vnũ nu/ meri pfectio quingenta faciũt dies. Septuaginta qz septimanis/ si addat vnũ decade psumatio fiũt qngenti.

Leui. 25. b

Luc. 7. f.

Nico. de lyra

Nistrabatur in altari incensi et in/ altari holocaustorum portabant ca/ athite vt predictum est: sed gersonite/ portabant instrumenta que pertine/ bant ad officia sua sicut martellos et/ cauillas quibus funes cortinarum r/ aliorum operimentoz tabernaculi fi/ gebant r filia. a. Eruntqz sub/ manu ithamar filij aaron sacer/ dot. Immediatẽ / s; sub eleazar me/ diate. b. Filios quoqz merari. Hic describunt onera meraritarum/ vnũ subdit. c. Portabũt tabu/ las tabernaculi. Hec exposita sũt/ Exo. xxvi. d. Colũnas quoqz/ arij. Hec exposita sunt Exo. xxvii. e. Recesuerũt igĩt. Hic colligit/ numerũ leuitaz: et pmo p partes fm/ tres familias pdictas. s. caathitarũ: gersonitarũ et meraritarũ. scdo istas/ ptes aggregãdo/ ibi: Des q recesiti/ sũt de leuitis r. r patz lra vsqz ad fi/ nẽ ca. vbi dicit: f. **V**nũquemqz/ iuxta officium suum r. Quia/ aliqui fuerunt cantores / r aliqui me/ lodiam facientes in cymbalis r alijs/ instrumentis musicis de quibus nõ/ fecerat mẽtionem.

Tur q debet in cleric? eẽ. Primũ/ est ornamentum spirituale quattuor/ virtutu cardinaliu quod significatur/ per cortinas et vela que terebant ex/ quattuor coloribus. Secũdũ est cha/ ritatis cõnexio / que significatur per/ funes. Tertiu est exterio: honestatis/ cõuersatio / que per operimẽta taber/ naculi significat. **H**oc est offi/ cium familie meraritaruz. Per/ quos significatur religiosi: ipi enim/ portabãt dura. scilz tabulas / vectes/ columnas r bases. Tabule vero si/ mul cõiuncte / per vectes r bases faci/ ebant parietes tabernaculi sicut ha/ betur Exo. xxvi. per quod datur intel/ ligi q religiosi docendo populũ ver/ bo r exemplo r pro bono statu popu/ li deprecãdo dati sũt a deo quasi mu/ rus defensionis post platos ecclesie/ pplo christiano: ppter qd de malis/ religiosif d; Eccl. xii. a. **N**õ ascẽdi/ stis ex aduerso neqz opposuistis vos/ mur p domo israhel r. Per colũnas/ do significat q ipi sunt vocati in par/ tẽ sollicitudinis ad supportandũ on/ eccle / r hoc ex fraterna charitate: pla/ tis aut hoc conuenit ex officij auctori/ tate. Per hoc autẽ q onera leuitarũ/ disponebant per filios aaron mitra/

Poraliẽ/ clericis

Religiosi/ qd facẽ de/ beant

Moraliter ecclesie officia p summū pōtificē z platos ecclesie sūt disponēda. **Itē** p b q oia p̄dicta portabant velata: significat q opa bona sacerdotū clericorū z religiosorū agēda nō sunt ad ostētiōne suā: sed ad dei laudē z p̄mi edificatiōne: ita q opa sint in apto tñ hec iniētiō maneat in secrete cordis. **Breg.** **Homel.** xxxvi. Sic aut sit opus in publico quatenus intētiō maneat in occulto: vt de bono ope p̄mis p̄beamus exemplū: z tñ in intētiōne qua soli deo placere q̄rimus semp optemus secretum.

Glo. ordi.

Allego. **Locutus est dñs.** **Ca. V** **Omniem leprosum.** **Allego.** Rab. Leprosi sunt heretici varijs pctōz maculis polluti: nō habētes vniformē colorē doctrine vel fidei: nec abscondūt imperitiā: sed ostendūt. Nulla dō falsa doctrina est que nō aliq̄ vera aliq̄ admisceat. **Et** ergo falsis p̄mixta in aliq̄ disputatiōne vel narratione cuiuslibet: tanq̄ in vnus corpis colore apparētia: significat lepra tanq̄ veris falsisq̄ color locis hūana corpa variantē. **Locutus est dñs.** **Ca. V** **Ut siue rē.** **Allego.** Rab. **Hyssice.** Hoc caplo ammone mur vt si qd p negligentia delinquunt: p̄fessionē z penitentiā diluamus: et damnū restituam. **Si** aut p̄mo dā nū intulimus: corā illo peniteamus et damnū restituamus. **Si** dō nō sup̄est p̄fessio: penitēdo/ elemosinas largiēdo: dño satisficiamus. **Aug.** **Alia** **lra.** **Ut siue mulier quicūq̄ fecerit ab oibus pctis humanis: z despiciēs despexerit z deliquerit: aīa illa annuncia bit pctm suū qd peccauit z restituet delictū: caput z q̄ntas eius adijcet sup̄ il lud z reddet cui deliq̄t. **Si** aut nō fuerit homini p̄mius ita vt reddat illi delictū ad ipm: delictū qd reddat dño sacerdotis erit: excepto ariete p̄pitiatio nis: p̄ que exorabit in illo p̄ eo. **Hic** ea pctā intelligēda sunt: quoz in hīs reb̄ p̄pitiatio ē: q̄ pecūia restitui possent.**

Hyssice

Literali

Questio Aug.

Non em̄ aliter diceret quomō restituēda sunt: nisi dāni pecuniariis fuissent. **Iubet** em̄ restitui caput z quintas. i. totū illd̄ quicqd̄ est: z quintā eius partē. **Excepto** ariete qui fuerit offerendus in sacrificiū ad expiandū delictū. **Iubet** aut qd̄ restituit sacerdotis esse. i. ipm caput z quintā: si nō est p̄mius ei in quē commissum est. **Abi** intelligit tūc dño reddendū q̄ sit sacerdotis si nō sup̄est q̄ damnū passus est: nec p̄mius ei. i. heres: sed de ipō hoīe nihil dixit. **Sz** cū dicit: **Si** n̄ fuerit ei p̄mius: breuiter insinuat tūc q̄ri p̄mū eius si ipē nō fuerit. **Si** aut nec p̄mius erit: dño restituet: ne impunitū remaneat admissū. **Itē** tñ nō cedat in sacrificiū sz sit sacerdotis: sic sane d̄ba scripture distinguēda sunt. **Si** aut nō fuerit homini p̄mius: ita vt reddat illi delictum ad ipm. **Locutiōis** em̄ est qd̄ addidit ad ipm. **Aut** forte ad ipm dixit q̄ ad ipm p̄tineat. i. ipē possideat. **Deinde** sequit: **Delictū** qd̄ reddat dño sacerdotis erit. **Delictū** aut dicit: cum reddat ea res que p̄ delictū ab lata est. **Reddet ipm caput zc.** **Aug.** **Querit** quō in **Exodo.** xxij. b. legit: **Si** q̄s turanus fuerit vitulū aut ouē restituere debere quinq̄ vitulos: vl̄ q̄tuor oues: si occiderit vel vendiderit. **Si** aut qd̄ abstulerit saluū apud eū inueniet: duplū esse restituendū: cū hic restitui iubeat caput z quintā. **Qd̄** lōge est etiā a duplo/ q̄to magis a q̄druplo: vl̄ quinq̄es tāto. **Nisi** forte q̄ hic ait: **Ut** aut mulier quicūq̄ fecerit ab oibus pctis hūanis. **Pctā** ignoratiōe voluit intelligi pctā hūana. **Fieri** em̄ pōt vt p negligentia traiciat hō rē alienā in rez suā: qd̄ idō pctm̄ est: q̄ si diligēter attēderet/ nō admitteret. **Et** hec voluit capite z q̄nta restitui nō sic furta mulctari. **Nā** si furta z fraudes h̄ intellerimus q̄ nō p̄ ignoratiōe: sz furādi z fraudandi aīo committunt. z ideo dicta hūana q̄ in hoīes sūt: tūc ille (ni fallor) erit exitus q̄stionis huius: vt ideo q̄ fecit nō reddat

cit nō reddat quadruplū: q̄ nō resp̄ndit vel p̄uincit: sz igno rātibz a quo factū sit: vel vtrū factū sit: ipē annūciat delictum suū. **Qū** em̄ dixisset: **Ut** aut mulier quicūq̄ fecerit ab oibus peccat: hūanis: z despiciēs deliq̄rit. i. p̄tempnēdo cōmiserit ista/ adiūxit: **Nā** illa annūciabit pctm̄ suū qd̄ peccauit: z restituet delictū: caput z q̄ntas eius. **Fortē** ergo tñ: q̄ annūciavit. z ideo nō eo damno plectēdus fuit quo furem comprehensum vel conuictum plecti oportet.

Locutus est dominus ad moysen/ dicens: Precipe filiis israel vt eijciant

de castris omnem leprosum: et qui semine fuit: pollutusq̄ est super mortuo: tam masculinum q̄ femina. Eijcite de castris: ne cōtaminent eā cum habitauerint vobiscū. Fecerūtq̄ ita filij israel: z eiecerūt eos extra castra: sicut locutus erat dñs moysi. Locutus est dñs ad moysen/ dicens: Loquere ad filios israel: Ut siue mulier cum fecerint ex omnibus peccatis que solent hoibus accidere: z p negligentiam transgressi fuerint mandataz domini atq̄ deliquerint: p̄fitebunt peccatum suum/ z reddent ipsum caput/ z quintāq̄ partem desuper ei in quem peccauerint. Sin autē i

Ca. V de lyra

Locutus est dñs. **Ca. V** **Descripta** dispositione ppli: hic p̄sequēter describit remōtiō impedimēti. impedit aut p̄ corruptiōne immūdicie corpalis: iniusticie z suscipitiōis. **Et** ideo p̄mo tollit corpalis immūdicia. secūdo corrigit iniusticia/ ibi: **Locutus est dñs.** tertio examinat diffidētia/ ibi: **Locutus est.** Circa p̄mū tangit triplex immūdicia d̄ castris tollēda. s. leprosoz: seminisfluoz: z sup̄ mortuos pollutoz/ cū dicit: **Ut** precipe filiis isrl̄ vt eijciāt de castris zc. **Dicit** **Ra. Sa.** q̄ h̄ totus exercitus israel diceret castra generaliter: tamen in speciali erant ibi tria castra. **Prima** erat tabernaculū z atriū circa ipsū: et dicebant castra deitatis. **Tū** q̄ ibi colebat deus. **Tū** q̄ ibi cū moyse loquebat. **Secūda** erat habitatiōes leuitaz circa atriū. put descripte sunt supra. iij. ca. **Tertia** erant reliqui populi habitatiōes. **Dicit** igit q̄ leprosi eijciebant extra tria castra p̄dicta ne inficerent alios: q̄ lepra est morbus infectiuus aliorū. **Seminisfluū** eijciebant de duob̄ p̄miis: quia ibi requirebat maīoz mundi cia: sed p̄mittebant habitare in castris populi: quia nō est morbus infectiuus alioz. **Polluti** autem ex tactu mortui eijciebant ex primis castris: quia non erat eis licitū ingredi atrium vbi vige bat cultus diuinus donec essent mūdati p̄pter dei reuerentiā: p̄mittebant tñ esse in castris ppli z leuitaz. **Locutus est dñs.** **Hic** p̄sequēter remō

Diuisio

Castra isrl

D

uef impedimētū qd̄ est iniusticia: que turbat pacē cōmunitatis. z maxime in retentione rei aliene. **Et** p̄mo agit de retentione rei nō sacre/ cū dicit: **Ut** siue mulier cū fecerit ex oibus pctis q̄ solent hoibus accidere. **Alia** q̄ cōmuni us accidit iunt circa defraudatiōne alioz. **Et** p̄ negligētia trāsgressi fuerint. **Negligēdo** custodire mandata dei. **Confitebunt peccatū suū.** **Nō** violentia testiū: q̄ tūc tenent reddere duplū: vt habet **Exo.** xxij. **Sz** lex ista loquit in casu in quo aliq̄s penitētia ductus vult facere satisfacionē p̄rio. **Reddet ipm caput.** i. ipm debitū. **Quintāq̄ pte desuper ei in quē peccauerit.** i. p̄rio que defraudauerat. z ista ps q̄nta sup̄addit. p̄p̄ dānū qd̄ habuit ex rei sue detētiōe: z vt hoīes essent minus p̄ni ad retētiōne rei aliene. **Sin** at nō fu. zc. i. debeat recipere: sic ē in restitutiōe vaga.

Moraliter. **Locutus est dominus ad moysen/ dicens: Precipe filiis israel vt eijciant zc.** **Per** leprosum intelligit hereticus. p̄ hominē qui semine fuit doctor verbosus qui ad sui iactantiā dicere studet extranea. z p̄ b̄ diffinit ad falsa z piculosa. p̄ pollutū sup̄ mortuo significat discipulus doctrinaz dictoz sequens z approbans: z isti eijciendi sunt de castris. i. de scholis z fidelium collegijs: ne sua puerfa doctrina alios inficiāt z corrupāt. **Ut** siue mulier cū fecerint ex oibus pctis zc. **In** q̄b̄ dānificat p̄mū furto fraude vel dolo. **Confitebunt pctm̄.** satisfaciēdo deo p̄ p̄niā z p̄rio. **Reddet ipm caput.** i. illd̄ qd̄ ē ablatū. **Quintāq̄ pte desuper.** i. dānū qd̄ sustinuit d̄ absentia rei sue. **Sin** at nō fuerit q̄ re. tūc ē vaga restitutiō z debet reddi dño. i. in p̄is opibus expēdēdo fm̄ dispositionē p̄lati vel p̄fessoris discreti fm̄ aliquos q̄ tenēt in hoc locum dei.

Moraliter

Ut siue mulier

E **S** a **E**xcepto ariete. Arietis oblatio christi passionē signifi-
cat in qua maxime cōfidimus / quia sine eo nihil possumus. **I**pe
est sacerdos qui nos patri per oblationē carnis sue recōciliat.
Ideo illi munera nostra offerim⁹ / quo intercedente veniā me /
Dystice reamur. **B** **A**d sacerdotē. **C**hri-
stum: scz cui dicit **D**s. cir. a. **T**u es sa-
cerdos in eternū p̄m ordinē melchise /
dech. **E**ius scz iudicio cuncta referuāt:
ne forte iudicet rem incertaz. vnde. **i**.
Loz. iij. a. **N**olite ante tēpus iudica-
re quoadulcēz vīcat dñs zc. **C** **F**a-
Allego. **r**ine hordeacee. **R**a. **F**arina hōrde-
acea sciētia veteris legis significat:
que bene hordeo comparat. **Q**uia sic
hordeū magno labore a paleis purga-
tum ad farinā perducit / ita littera legē
cōtrita mola discretiōis farinā sensus
spiritalis emittit / et recte decima pars
sati offertur: quia lex decē p̄ceptis con-
stat / cuius decima pars quodlibet mā-
datū est: cōtra qd̄ p̄uaa vxoz egisse dī-
citur. **O**fferet ergo mulier sacerdoti cū
oblatione decime partis / cū christi iu-
dicio p̄z legē diuinit⁹ datā dānāda aut
liberāda resuat. **D** **N**on fūdet.
Rab. zc. **N**on decet oleo adulatiōis
vl̄ indiscrete misericordie / nec thure su-
p̄flue laudis / vl̄ inordinate orōnis ipe-
nitētes liniri / sed celo iusticie p̄m p̄ce-
ptū dñi vitū istanter et ordinate p̄seq̄.
E **A**quā sactā. **Q**uia aque miscet
sacerdos paucillū terre de pavimento
tabernaculi: cui christi decreto cōme-
moratio patriarcharum p̄p̄az z apo-
stolorū intrōmissa reperitur.

† 2. q. 5. cō-
sulisti

Nico. de lyra

S **a** **D**abūt dño et erit sacer-
dotis. **C**onuertendo in vtilitatē suā:
qz de restitutiōe vaga debet minister
dei et paup̄ sustētari. **B** **E**xcepto
ariete / q̄ offeret p̄ expiatiōe. **P**ec-
cati ipsius defraudat: nō solū enī pec-
cauerat contra p̄mū ipsuz defraudā-
do / sed etiā cōtra deū mandatū ipsius
transgrediendo: z ideo sicut per resti-
tutiōē fiebat satisfactiō homini / ita p̄
oblationē arietis sacrificiū ipi deo. de
qua oblatiōe habet **L**euif. v. **S**ecun-
do agit de restitutiōe rei sacre: qz p̄i-
mitie et decime quodāmodo inter res
sacras cōputant: quia determinantur
per legē deberi dei ministris / cū dicitur:
Omnēs quoqz primiti-
as offerunt filij israel: **I**deō of-
ferre tenent / vt habetur **Exo. xxiij.**
B **A**d sacerdotē p̄tinent. **D**ixit
ei in **Exo. q** debebant offerri i do-
mū dñi: z non determinauerat scriptu-
ra cuius essent. ideo hic expressit q̄ sūt
sacerdotis. et id si aliqd̄ fuerit retentū
de eis debet ei restitui. **S**equitur:
E **Q**uicquid in sanctuario of-
fertur a singulis. **H**oc non potest i-
telligi de omnibus oblatiōis generalit̄:
quia aliqua totaliter incendebant ad
honorē dei: vt holocausta: z aliqua p̄z
partem / sicut hostie pro peccato: cui us
pars nō incensa remanebat sacerdoti:
z hostia pacifica / cuius vna pars incē-
debat / et aliā comedebat offerēs: et
alia remanebat sacerdoti. z ideo dicitur
dñi q̄ intelligitur de primitiis que de-
bebāt dari sacerdotib⁹ ex determinatiōe legis / vt habet **Deut.**
xiij. z ideo si aliquid erat detentuz debebat ei restitui. **Q**uā in
hebreo habet: **Q**ue vir sactificauit ei⁹ erūt. i. sacerdotis: z itel-
ligunt sactificata p̄ determinatiōē legē / vt p̄mitie. vl̄ p̄ votū: sicut
si ali-

cut si aliqs̄ p̄misit dare aliqd̄ ministris dei. **E**t tradit
manib⁹ sa. zc. **P**er hoc intelligit q̄ sacerdos nō poterat ta-
lia accipere et tollere violēter de domib⁹ dñoz / s̄z solū accipie-
bat ab alijs sibi tradita. **L**ocutusqz ē dō. **H**ic p̄m a-
diuisio

nō fuerit q̄ recipiat / dabūt dño et
erit sacerdotis / excepto ariete q̄
patri. **B** **H**umani generis.
offeret p̄ expiatiōē vt sit placabi-
lis hostia. **O**mnēs quoqz p̄mitie
vere israelite q̄ mēte deū aspiciūt. **B** **Q**uā
seipm̄ p̄ nob̄ obtulit sp̄te. **N**ō ad aliū.
q̄s offerūt filij israel / ad sacerdotē
tem p̄tinet: et quicquid in sanctua-
riū offertur a singulis z traditur
christi: qz ad ei⁹ dignitatē et gratiā perti-
net quicquid in ecclesia offertur.
manib⁹ sacerdotū: ipsius erit. **L**o-
cutus est dñs ad moysen dicens:
Loqre ad filios israel z dices ad eos
doctor. **S** **S**ubdit q̄ magistro i omnib⁹
obedire debuit sicut vxoz viro suo.
Uir cui⁹ vxoz errauerit maritū
hereticis. s. se cōmiscens.
Cōtemnēs dōmuerit cū altero
viro: z hoc marit⁹ cōprehendere
fornicatio fidei.
nō quiuerit / sed latet adulteriū / z
iudicialio. s. ordie p̄uici. **B** **T**a **N**o mgro
tētib⁹ argui nōn potest: quia nō
aperto. s. actu heresis.
est inuenta in stupro: si spirit⁹ ce-
lus. s. iusticie et ouis perdit. **B** **L**e-
gitimum magistrum.
lotypie concitauerit virum cōtra
heresi.
vxoz suā / que vl̄ polluta est / vl̄
falsa suspitione appetit: adducet
eā ad sacerdotē: z offeret oblati-
ōe p̄ illa / decimā partē sati farine
adulatiōis vel indiscrete misericordie.
hordeacee. **N**ō fūdet sup eā ole-
um nec iponet thus: qz sacrificiū
zelotypie ē: et oblatiō inuestigās
adulteriū. **O**fferet igitur eā sa-
cerdos et statuet coram domino /
diuina sapiāz cōphētā. s. in vili lra legē.
assumetqz aquā sanctā in vase si-
cili: z paucilluz terre de pavimē
to tabernaculi mittet in eā. **C**ūqz
steterit mulier i aspectu domini:
discooperiet caput ei⁹ z ponet su-
per man⁹ illi⁹ sacrificiuz recorda-
tionis / z oblatiōez zelotypie: **I**pe
aut tenebit aquās amarissimas i
polluta putrescebat et moriebatur. innocens autē nō ledeba-
tur / s̄z faciebat liberos: significat q̄ doctrina habēs cōmixtio-
nem falzorū cū veris / est occasio meroris: illa p̄o que pura est
et sana gaudij et fructificationis.

D **A**d
ducet eā. **H**ic ponit examinatio di-
cte suspitiōis p̄ sacrificiū zelotypie / cū
dicit: **O**fferet oblatiōez p̄
illa. **S**z examinanda. **H** **D**eci-
mā partē sati farine. **N**ō dicit si-
mile: qz est farina delicatissima z pur-
gatissima sicut i alijs sacrificijs: quia
istud est vile. **L** **H**ordeacee. **N**ō
triticee / eadē rōne. **A**dducit ei⁹ **R**a.
Sa. aliā rōne: qz hordeū ē pabulū iu-
mēti / cui adultera assimilatur.
Nō fūdet sup eā ole. **Q**uia
ē fomētū lumis. adulteriū aut fit i te-
nebris: p̄m illd̄ **Job. xxiij. c.** **S**culus
adulteri obp̄uat caliginē. **N** **H**ec
imponet thus / quia sacrificiuz
zelotypie ē zc. **Q**uia significat de-
uotionē / vt dicitur **Exo. xxi.** hoc au-
tē sacrificiū nō offeret ex deuotione: s̄z
ex suspitiōe adulteriū. et h̄ est qd̄ dicitur:
Quia sacrificiū zelotypie ē. **S**z
quid: **E**t statuet corā domi-
ni. **A**d tētādū si ex terrore p̄fiteret adul-
teriū. z qz p̄ ea offerebat sacrificiū.
Assumetqz aquā s. **D**ic **R**a.
Sa. q̄ vocat sctā / eo q̄ accipiebat de
labro eneo de speculū mulierū deuota-
rū factō. **J**oseph⁹ aut dicit q̄ dicit sctā
cta / eo q̄ ibi diluebat nomē dñi tetra-
gramaton scriptū in cedula / vt habet
infra. **Q** **E**t paucilluz ter. **E**o q̄
istd̄ sacrificiū fiebat p̄ vili causa.
Discooperiet ca. ei⁹. **A**d maio-
rē cōfusiōē ipius / et vt ex h̄ stupefa-
cta recognosceret adulteriū. **E**t
ponet sup ma. il. sa. recor. **L**o q̄
fiebat p̄ suspitiōe adulteriū p̄teriti.
Ipe aut tene. a. quaz ama.
Nō formaliter s̄z effectiue: qz effectū
amaritudinis faciebāt in muliere quā
do erat culpabilis.

In quibus
Uir cui⁹ vxoz errauerit /
maritumqz cōtemnēs dōz. zc.
Per virum doctor intelligens signi-
ficatur. per vxozem elus sapiētia. de
qua dicitur **Sap. viij. a.** **D**anc ama-
ui a iuētute mea / z quesui mihi sp̄s
sam assumere. **D**e qua debet esse ce-
lotypus / et maxime cuz tradit eam in
scriptis / timendo ne sit ibi fornicatio
per cōmixtiōē aliquā falzorū cum ve-
ris. ideo subditur: **A**dducet eā ad sa-
cerdotē: id est ad magis peritū et p̄-
batum doctorem / vt examinet eam.
per hoc autem q̄ subditur / q̄ mulier

Diuisio

Doralit

A **S**cribetur sacerdos in libello etc. Quia. s. pena peccatorum in scriptura sancta explanat. Quicquid autem ea pie et fide liter hauserit: supplicia peccatorum quae in ea narrantur primescens et abstinens a peccatis: fiet ei aqua amarissima in salutem. Qui autem contempserit: inflato ventre coputrescet semur eius: et erit in maledictione et in exemplum: quia iusto dei iudicio punietur: et erit ei in opprobrium de sidera sua et actus. **D**abit ei bibere. Et manifestet peccatum illius: vel hic ad correctionem: vel in futuro ad damnationem. **V**bi dicitur. x. c. **N**ihil enim occultum quod non reueletur. hinc dominus ait Job. xij. g. Sermo quem locutus sum vobis: ille vos iudicabit in nouissimo die.

Nico. de lyra

In quibus cum execratione maledicta percussit. Ista percussio secundum Iosephum non est aliud quam dilutio cedule praedictae: et cuius effectu sequebatur maledictio super mulierem quando erat culpabilis. secundum alios est imprecatio sacerdotis super mulierem quantum ad mala futura super eam: quae infra exponuntur. **S**i non dormiuit vir alienus tecum: et si non polluta es deserto etc. Incipit a mulieris innocentia: quae debet placere desiderare et non culpam. Sequitur: **E**t det dominus in maledictionem exemplumque cunctorum: Id est omnes videntes te tibi maledicent propter commissum adulterium. **E**t aliter: quia maledicentes alijs ponent te in exemplum dicentes: ita tibi male accidit sicut tali mulieri te denotantes: dicit exemplum eo quod alie mulieres exemplo illius terrebunt et formidabunt adulterari. **P**utrescere faciat semur tuum. Primo nominat ista pars corporis: quo primo committitur adulterium. **E**t tumens uterus tuus dirumpat. Quia in illa parte circa umbilicum in mulieribus viget luxuria: sicut dicit beatus Gregorius. **H**omel. xxxij. quia viris luxuria in labiis consistit: feminis in umbilico: testat dominus etc. **E**t respondebit mulier: Amen amen. Super se recipiens praedictam adiurationem. et bis dicit amen: semel pro parte innocentiae: et semel pro parte culpe. **S**cribetur sacerdos in libello ista maledicta. secundum Iosephum non scribebat nisi nomen domini tetragrammaton: et cuius virtute veniebatur super mulieres iste maledictiones. secundum alios non scribebat istas maledictiones prout in textu sunt expressae: tamen videtur magis credendum Iosepho: qui talia sacrificia videre potuit et forte vidit. **E**t dabit ei bibere. Etiam violenter si nollet accipere. **Q**uas cum hauserit. Sciendum tamen quod iste haustus siue potatio mulieris non fiebat ante oblationem sacrificij: sed post. hoc modo contrario scribat: quia non semper scribuntur gesta eodem ordine quo facta sunt. **T**ollet sacerdos de manu etc. Hoc fiebat ante potationem. Ideo sequitur postea: et sic potum det mulieri. **Q**uas cum biberit si polluta est et contempto viro etc. Hic sequenter describit veritatem manifestatam per effectum sequentem: et patet littera versus ibi: **S**i polluta non fuerit erit innocua. Quia aquae non nocentur: sed perficiunt. Ideo

subdit: **E**t faciet liberos. Quia si fuerit ante sterilitate fecunda. Dicunt etiam aliqui hebrei quod virtute illius aquae concipiebat etiam absque virili semine. et hoc erat unum de miraculis permanentibus sicut dictum est de descensu mane. **A**paritus absque culpa erit. Si illa languescat vel moriat. Et hoc patet quod illa purgatio non erat illicita tempore veteris testamenti. Item quia fiebat per diuinum miraculum: ut patet ex dictis quod tamen non fit ad approbationem illicitorum. **I**n caplo. v. vbi dicitur in possil. Ideo subdit: **E**t faciet liberos: quia si fuerat ante sterilitate fiebat fecunda.

nebat terren' / sicut rursus. Qui aut biberit ex ill' quas dat ie / sus / fiat in eo fons aque viue sa. in vi. eter. Libi aut dicit: Qui credit in eu summa de vtre eius fluent aque viue. Job. vii. f. Qui ergo credit in eu no puteu sz puteos / no solu fotes sz flu / mina habebit in se. No que mortale soler coferre vita / sz q co / ferat eterna. Scdm hec ergo q in Pro uerbis legim' / vbi putei cu fote nume / rant vel nominant / accipiendū ē sbuz dei. Puteus so si pfundū mysteriū te git. fons aut si ad ppos effluit. Querē dū est aut quō pluralit' puteos / z singu larit' fontē in puerbis dicit Sapiētiā: Bibe aquas de fonte puteorū tuorū: z videam' ergo quoz puteoz vnū dixe rit fontē. Ego puto q scientia ingeniti patris vnus possit intelligi pute' / z ali us agnitio vnigeniti filij. alius ei a pa tre filius / nec idē qui z pat. vnde alius est qui testimoniū de me dicit pat. Ter tius puteus cognitio spūssacti. Ali' enī est a patre et filio spiri tus. vñ Job. xlii. b. Mittet vobis pater aliū paraclytū spiri tū veritatis. Est ergo hec triū personarū distinctio in patre z fi lio et spiritus sancto / que ad pluralē puteorū numerū reuocat / quoz vn' est fons: quia vna est substantia z natura trinitatis.

Pro. 5. c

Sap. 7. c Tropolo.

Doralie

Ben. 24. c Ibi. 29. b

Epo. 2. d

Allego.

Apo. 3. c

spūales aque hauriende sunt / z reficiēdus ppl's credentium. Initate ergo ei. i. israeli hūc puteū / vt sensū mysticūz siqs ex corde videt deū de pfundis possit haurire. Ad hunc puteūz moyses. i. lex cōgregat / ad quē videt aliqs puenire / sz nisi p moysen cōgreget / nō est deo accept'. Marcion videt sibi ve nisse / z Basilides z Valentinus: sz qz non venerunt per moysen / nec accepe runt legem et prophetas / non possunt laudare deum de fontibus israel. Nō veniunt ergo ad puteum tales / que so derunt principes z excuderunt reges. Et autem vallis salsa in qua sunt pu / tei bituminis. Omnis autem heresis z omne peccatū in valle est / z in valle salsa. Peccatum enim non ascēdit sur sum / sed semp ad ima z ad inferiora de / scendit. Est ergo in valle positus sal / sus z amarus omnis heretic' sensus / z omnis peccati actus. Quid enī dul ce / quid suave potest habere peccatū? Si autē veneris ad he reticam sententiā z amaritudinē peccati: vēisti ad puteos bi / tuminis / quod est esca et nutrimentū ignis. Si gustaueris a / quam de his puteis: si hereticū sensū et peccati amaritudinē receperis / fomenta ignis z gebenne incendia in te prepara bis. Talibus dicitur Esa. l. d. Incedite in lumie ignis vestri zc. Foderunt illū principes z excuderūt reges: principes er / go foderunt / reges excuderūt: quod ab excudendo / nō excidē do dictū est. Excudi enī dicitur / quod in saxo cedit vel forma tur. Principes tanq̄ inferiores foderunt: id est quasi in ter / re mollicie altitudinē quandā demerserunt. Vñ qz quos re ges appellat / quasi fortiores: nō solū terre pfundū / sed saxi duriciā penetrāt / vt pueniant ad pfundiores aquas / z ipsas ab vssu venas pscrutent: scientes iudicia dei eē abyssū multaz. Vñ sunt apostoli quoz aliquis dicit: Nobis autē reuelauit deus p spiritū sanctū. Spiritus enī omnia scrutat' etiam alta dei. Qui ergo p spiritū sanctū possunt alta scrutari / z penetra re profunda mysteria putei / reges esse dicunt' / qui puteū i pe tra excuderūt: quia dura z difficilia scientie penetrarūt secre ta. Foderunt ergo puteū istū principes / z excuderūt reges gē tium: id ē apostoli qui gentes cōgregauerūt ad obediendum fidei / z omnibus patefecerūt scientiā christi / in quo sūt omnes thesauri sapientie z scientie absconditi. Impleuerūt enī man / datū dei / docentes omnes gentes / z baptizātes eos in nomi ne patris z filij z spūssacti. Dat. vi. d. Et p hoc excuderūt: id ē patefecerūt scientiā putei. Hec quoqz q̄ in manib' habe mus nobis pute' est: z omnis scriptura legis z pphetarū: e uangelica quoqz z apostolica simul vn' puteus est / quem nō possunt fodere vel excudere nisi reges z principes: qui scilicet / cet possunt auferre terrā z amouere supsciem littere: z de in feriori petra vbi christ' ē: spirituales sensus velut aquā viuā p ferre. Reges dicunt': qz peccati regnū expulerūt / z iusticie re gnū in mēbris suis posuerūt. Decet enī eū docere ceteros q̄ prius fecerit q̄ docet. vñ Dat. v. c. Qui fecerit z docuerit sic hoies / magn' vocabit' i regno celoz. Magnū at' i regno eē / est regē esse. c Principes. Possūt idē vocari pncipes z reges. Et pncipes pphetas intelligim'. ipsi enī sensū z ppheti ā de christo desolā in pfunditate littere collocauerūt. ideo de illis dicit Hier. xlii. c. Nisi oclite audieritis / plorabit ani ma vestra. Et alibi: Quē magna multitudo dulcedis tue dñe. quā abscondisti timētib' te? Reges sunt apostoli q̄ pscrutant' alta dei / z ecclesias regunt. Vnde z christ' dicit rex regum. Et parauerūt duces. Orige. Excuderūt inquit reges gentiū in regno suo dū dñarent eis. Nō enī pnt fodere pu teum istū / nec latentes aque viue venas aperire / nisi pri' dñs sint gētū barbaraz. Quicqd in eis ferū fuit in acerb' / quicqd barbarū in morib' domuerūt z subiecerūt regio sensui: vt nō gentiliter sed legitime agant. Vñ vere sunt reges pfuda pu tei rimantes / et verbi dei arcana perscrutantes.

Byssice

Ben. 14. b

1. Cor. 2. c

Col. 2. a

Ps. 30. e

Apo. 17. d

Doralie

a dñs ad moysē: Cōgrega popu lum z dabo ei aquā. Tūc cecinit a a Ar. Initiare ei puteū: id ē i initio om / nium confitemini esse puteum. b israel carmen istud: Ascēdat pu teus / cōcinebāt / pute' quē fode c c alij reges. d rūt pncipes z parauerūt duces

ce / quid suave potest habere peccatū? Si autē veneris ad he reticam sententiā z amaritudinē peccati: vēisti ad puteos bi / tuminis / quod est esca et nutrimentū ignis. Si gustaueris a / quam de his puteis: si hereticū sensū et peccati amaritudinē receperis / fomenta ignis z gebenne incendia in te prepara bis. Talibus dicitur Esa. l. d. Incedite in lumie ignis vestri zc. Foderunt illū principes z excuderūt reges: principes er / go foderunt / reges excuderūt: quod ab excudendo / nō excidē do dictū est. Excudi enī dicitur / quod in saxo cedit vel forma tur. Principes tanq̄ inferiores foderunt: id est quasi in ter / re mollicie altitudinē quandā demerserunt. Vñ qz quos re ges appellat / quasi fortiores: nō solū terre pfundū / sed saxi duriciā penetrāt / vt pueniant ad pfundiores aquas / z ipsas ab vssu venas pscrutent: scientes iudicia dei eē abyssū multaz. Vñ sunt apostoli quoz aliquis dicit: Nobis autē reuelauit deus p spiritū sanctū. Spiritus enī omnia scrutat' etiam alta dei. Qui ergo p spiritū sanctū possunt alta scrutari / z penetra re profunda mysteria putei / reges esse dicunt' / qui puteū i pe tra excuderūt: quia dura z difficilia scientie penetrarūt secre ta. Foderunt ergo puteū istū principes / z excuderūt reges gē tium: id ē apostoli qui gentes cōgregauerūt ad obediendum fidei / z omnibus patefecerūt scientiā christi / in quo sūt omnes thesauri sapientie z scientie absconditi. Impleuerūt enī man / datū dei / docentes omnes gentes / z baptizātes eos in nomi ne patris z filij z spūssacti. Dat. vi. d. Et p hoc excuderūt: id ē patefecerūt scientiā putei. Hec quoqz q̄ in manib' habe mus nobis pute' est: z omnis scriptura legis z pphetarū: e uangelica quoqz z apostolica simul vn' puteus est / quem nō possunt fodere vel excudere nisi reges z principes: qui scilicet / cet possunt auferre terrā z amouere supsciem littere: z de in feriori petra vbi christ' ē: spirituales sensus velut aquā viuā p ferre. Reges dicunt': qz peccati regnū expulerūt / z iusticie re gnū in mēbris suis posuerūt. Decet enī eū docere ceteros q̄ prius fecerit q̄ docet. vñ Dat. v. c. Qui fecerit z docuerit sic hoies / magn' vocabit' i regno celoz. Magnū at' i regno eē / est regē esse. c Principes. Possūt idē vocari pncipes z reges. Et pncipes pphetas intelligim'. ipsi enī sensū z ppheti ā de christo desolā in pfunditate littere collocauerūt. ideo de illis dicit Hier. xlii. c. Nisi oclite audieritis / plorabit ani ma vestra. Et alibi: Quē magna multitudo dulcedis tue dñe. quā abscondisti timētib' te? Reges sunt apostoli q̄ pscrutant' alta dei / z ecclesias regunt. Vnde z christ' dicit rex regum. Et parauerūt duces. Orige. Excuderūt inquit reges gentiū in regno suo dū dñarent eis. Nō enī pnt fodere pu teum istū / nec latentes aque viue venas aperire / nisi pri' dñs sint gētū barbaraz. Quicqd in eis ferū fuit in acerb' / quicqd barbarū in morib' domuerūt z subiecerūt regio sensui: vt nō gentiliter sed legitime agant. Vñ vere sunt reges pfuda pu tei rimantes / et verbi dei arcana perscrutantes.

Caico. de lyra

a Tūc cecinit isrl. Pro gratiarū actiōe. b Ascen dat pute'. Id est aqua de puteo. c Quē fode. prin. Quia ex diuino iudicio pculserūt cū baculis in loco determi nato / et inde exiuit aqua in abundantia.

* c Quē foderunt pncipi. Id est apostoli aliqz do / ctiores ad aperiendū eius intellectū litteralē z mysticū cū dei adiutorio fideliter laborantes.

* Vñ autē

spūales aque

Profectio sunt. Prige. Profecti a puteo venerunt in mathana: qd interpretat miera ipoz. Ad eum z affectu expe...

Gen. 22. a

Is. 20. b Deu. 2. c

multitudinis in datore legi z in bacul suis. Profectio sunt d soli...

nabaliel: de nabaliel in bamoth. Bamoth vall est in regione moab in vertice phasga: z respicit...

contra desertum. Misit autem israel nuncios ad seon regem amorreorum...

bemus aquas ex puteis. Via regia gradiemur donec transeamus terminos tuos. Qui cedere noluit vt transiret israel p fines suos...

quo percussus est in ore gladii: z possessa est terra eius ab arnon vsqz ieboch: et filios ammon: qz forti...

z in me no hz quicq. Et alibi: Ecce princeps huius mundi mitte foras. Mo qz creavit mundum: sz qz in mundo pctores sunt: z ipe...

De q dicit Ps. lxxi. a. Deus iudicium tuum regi da. Hac incedendum est: z nusqz declinandu: nec in agru nec in vinea. i. nec ad opera...

Allego.

Allego.

Allego.

Allego.

Nico. de lyra

In datore legis: Ad est deo qui dedit legem principaliter: z moysi qui dedit eam ministerialiter: z ex eius merito data est illa aqua. Cetera patent. b Misit autem israel nuncios ad seon regem amorreorum...

Misit autem israel nuncios ad seon regem amorreorum dicens: Obsecro vt transire mibi. Sic ponitur impedimentum ex inuasio ne amorreorum...

Vertical text on the right edge of the page, including marginal notes and references to other parts of the text.

et isrl. a Tulit ergo isrl. Aug. Sic possedit isrl. ciuitates amorreorum...

lis os meum: loquar propositioes ab initio. Et Esa. xix. d. Erunt inquit...

Doralis

Insidio tenebant termini ammonitarum. Tulit ergo israel omnes ciuitates eius...

viculis eius. Urbs esebon fuit seon regis amorrei...

contra regem moab et tulit omnem terram que ditionis illius fuerat...

usque arnon. Idcirco dicitur in proverbio: Venite in esebon...

et construat ciuitas seon. Ignis egressus est de esebon...

et habitatores excelsum arnon. Ut tibi moab peristi popule...

chamos. Bedit filios eius in fugam et filias in captiuitate...

regi amorreorum seon. Fugum ipsorum disperiet ab esebon...

et disperiet ab esebon usque dibon. Peristi popule eius in fugam...

et disperiet ab esebon usque dibon. Peristi popule eius in fugam...

et disperiet ab esebon usque dibon. Peristi popule eius in fugam...

et disperiet ab esebon usque dibon. Peristi popule eius in fugam...

errore: dic qd hic sit esebon ciuitas in regno regis seon. Regnat enim in cogitationibus eius...

Urbis esebon. Dic respondet tacite questionem: quomodo dicitur...

Urbs esebon. Dic respondet tacite questionem: quomodo dicitur...

Urbs esebon. Dic respondet tacite questionem: quomodo dicitur...

Urbs esebon. Dic respondet tacite questionem: quomodo dicitur...

Urbs esebon. Dic respondet tacite questionem: quomodo dicitur...

Urbs esebon. Dic respondet tacite questionem: quomodo dicitur...

Urbs esebon. Dic respondet tacite questionem: quomodo dicitur...

Allego. Seon. Allego. 2. Ep. 11. c.

Doab

Esa. 16. a

Enigmatica

Doab Chamos Dibon Ioppe Medaba

Questio

Mico. de lyra

Urbs esebon. Dic respondet tacite questionem: quomodo dicitur...

Et Vis itaq

E rantes fetidū odorē putridi sensus: in saltum pueniēt: vbi nō sunt arbores fructuose/ sed bestie: ptra q̄s dicit̄ Ps. lxxiiij. d. Ne tradas bestijs aiā consentiē tibi. a **A**zer. i. fortitudinē eoz. Fortissima scz hereticoz dogmata dialectica arte cōstructa. b **E**t possederūt. Ab errore pvertendo: z pcepta dñi docēdo: vt de eoz correctio/ ne z pfectu celestē sibi patriā acq̄rerēt c **O** rex basan zc. Orige. Ad og regē basan nec legatos mittere dignant: nec petere ab eo vt trāseant p terrā eius: sed statim cū eo pugnāt: et superāt eū z pplm eius. Basan interp̄tatur turpitudine. Verito q̄ nec legati mittunt̄ ad istā gentē: nec trāsitus perit̄ per terrā eius. Nullus enī nobis trāsitus vel accessus debet esse ad turpitudinē: sed ab initio statim expugnāda z oīno cauēda est. **O** glāit̄ interp̄tatur cōclusio: qui figurā tenet oīm carnaliū z materialīū rerū: quarū desiderio detenta gnīa excludit̄ a deo: cōtra quos ita bellū p̄cipit̄ gerendū: vt non relinquat̄ in eo viuēs. Nullū q̄ oportet relinq̄ a filijs isrl̄ in regno turpitudinis z decozis viuētē. Decet isrl̄ iticā p̄tutē refecare turpia z pia reedificare et honesta. De regno autē seon nō est scriptū: vt nullus viū relinquat̄: nec de regno moab. Forte enī ex illis aliq̄bus indigem̄ p vite hui⁹ exercitijs z agonib⁹: alioq̄n debuim⁹ ex hoc mūdo exisse. De basan vo. i. turpitudine nullo penit̄ indigem⁹: excutiēda oīa sunt opa turpitudinis. In nullo enī potest honestū esse qd̄ turpe est.

† Deu. 3. a et. 29.

Nico. de lyra

A dicit̄ moyses q̄ explorat̄. i. azer. que erat ciuitas seon in qua remāserāt aliq̄ bellatores ad custodiēdum. b **Q**ui ceperūt vicu. z posse. habi. isti enī exploratores missi a moyse ne viderent silēs illis quos miserat de cadesbarne q̄ in reditu suo terruerūt pplm: vt dictū est. s. xiiij. ca. noluerūt reuerti donec cepissent loca ad q̄ exploranda missi fuerāt. c **E**terterūt se. Dic ponit̄ impedimētū ex inualidē og/ cū dicit̄: d **E**t occurrit eis og rex ba. zc. ne timeas eū. Erat enī valde fortis z robust⁹: qz gigas valde magnus z habebat pplm fortē: id̄ dixit dñs moyse vt nō timeat̄: securas enī de victoria: z p̄z lra. De magnitudine vo z fortitudine regis og dicit̄ in quodā libro: q̄ apud iudeos dicit̄ liber b̄ndictionū vel b̄ndictiones: q̄ cū og audisset q̄ castra filioz isrl̄ occupabāt tria terre miliaria iuit z eradicauit vnum montē tātū spaciū occupātē: z posuit sup caput suū vt p̄iceret sup castra isrl̄: sed de⁹ imisit formicas que p̄sauerūt montē illū: z sic p̄ foramē illud mons ille descēdit vsus collū eius: z cū vellet se epedire de mōte illo creuerūt dentes eius z itrauerūt foramē mōtis: ita q̄ nō potuit illū montē de capite suo amouere: z ad hoc ibidē iducit̄ auctoritas. Ps. iij. b. falsificata tñ. Dentes impioz p̄fregisti. **G**losa: Nō dicas sirabata. i. confregisti: sed sirabeta. i. accreuisti. z ibidē subdit̄ q̄ moyses habebat decē cubitos altitudinis fm mensurā tabulaz tabernaculi: vt habet̄ p̄ro. xxvi. Tenebat etiam securim cuius manubriū habebat decē cubitos in longitudine: z cū viderat og montē irretitū/ cucurrit ad eum z saltauit in altū per decē cubitos: z sic attigit ad cauillā pedis eius z picit̄ ad terrā: sed qz hoc est ita absurdū q̄ nō indiget alta improbatōe: id̄ hoc posui in hoc loco vt videat̄ quāta cecitas est in iudeis qui credunt hoc esse verū ad litterā: quia nec **R**a. Sa. qui fuit maximus doctor apud eos: nec alij doctores huius dicti assignant alium intellectū parabolicū vel mysticum.

In ca. xxi. vbi vicitur in postilla: Fecit ergo moyses serpentem encum zc.

Additio Licet multis modis deus potuisset sanare p̄cussos ab ignitis serpentibus q̄ per aspectū serpentis enei: tñ hic modus in hoc loco videt̄ valde cōueniēs ex duobus. Primo ex correspondētia ad peccatū. Peccauerant enī in hoc q̄ ex cibo optimo z suauissimo de quo natura liter debuissent cū gaudio refici: nauseabat tamē eoz anīa de illo: qd̄ est

illo: qd̄ est cōtra cōmūne cursum nature: vñ dicunt: Nauseat aīa nra sup cibo isto leuissimo. Et ideo deus per oppositū percussos a serpentibus ignitis: qui cōmuniter debuissent ledi ab intuitu eoz: put tradūt medici de his qui a cause rabiē patiente mordent: hoc cōtra cursum nature de⁹ disposuit vt per aspectū serpentis curarent. Secundo ex correspondētia ad figuratum. Constat enim q̄ quidā audientes doctrinā christi: que erat cibus aīe suauissim⁹: nauseabat anīa eoz: vñ dicebat̄ Job. vi. f. Durus est hic sermo: quoz multi fuerūt a serpentibus ignitis p̄culli. s. a temptationibus diabolicis: sed fecit deus exaltari serpentē. s. christum in si militudinē carnis peccati in cruce pendētis: quē fideliter intuentes: etiā ff̄ ex moribus diaboli fuissent lesi sanarent: put in euangelio Job. legif: et iste sensus licet p̄tineat ad figuram: re ducitur tamē ad sensum litteralē inq̄/ tum reddit̄ rationē littere. put supra in q̄stione an̄ p̄ncipiū **B**en. de sensu lrali posita fuit ostēsum.

Rosctiq. Ca. XXII. Dicit p̄sequēter ponit̄ impedimētū pcuratū per balaā ad suggestionē regis moabitārū. Et qz in sequentib⁹ balaam dicit̄ magus z ariolus: z tñ eius p̄phetie tanq̄ vere habent̄ in auctoritate: ideo videndū est si fuerint a deo vel demone: z de veritate ipsarū. Circa primū sciendū q̄ p̄pheta dicit̄ quasi procul fans: qz denunciāt illa q̄ sunt procul ab humana cognitione fm viā nature: nūc autē ita est q̄ quātō aliq̄s est subtilioris intellectus tāto eius cognitione se extendit ad altiora: ad que nō potest attingere cognitio intellect⁹ magis rudis: qui nō potest capere nisi sensibilia z grossa: z si hoc est verū in

itaqz isrl̄ i terra amorrei. **A**dit̄ a lex. **A** qz moyses qui exploraret iacer. **C** conuentus populozū. **b** Cui⁹ ceperūt viculos z possederūt habitatores. **E**terterūt se c turpitudinis. **z** ascēderūt p viā basan: z occurrit eis og rex basan cum oīm populo suo pugnatur⁹ i edrai. **B**ixit̄ dñs ad moyse: Ne timeas euz: qz in manu tua tradidi illū/ z omnē populū ac terrā eius: factiesqz illi sicut fecisti seon regi amorreorum habitatori efebōn. **P**ercusserūt igitur et hunc cum filijs suis/ vniuersumqz populū eius vsqz ad internitionem: et possederunt terram illius.

Rosctiq. Ca. XXII. qz castrametati sunt in cāpestris moab: vbi trans iordanez

diuersis intellectib⁹ eiusdē speciei: multo plus est verū in intellectibus diuersarū specierū: cuiusmodi sunt intellect⁹ angelicus z humanus: z ideo cū angelus sit sublimioris z altioris nature/ eius cognitio ad multa se extendit ad que nō pōt humana cognitio attingere: naturalia autē in demonib⁹ remanferunt integra: z ideo eoz cognitio naturalis ad plura se extendit q̄ humana. Cognitio autē bonozū angelozū adhuc ad plura se extendit inq̄tum sunt illuminati lumine gratie z diuini reuelationibus. Patet igit̄ qd̄ demones a deo permittunt possunt hoīb⁹ aliq̄s veritates reuelare eis incognitas: z tñ qz demonū cognitio naturalis ad plura se extēdit q̄ humana vt dictū est: **T**um qz fm **B**ug. ij. sup **B**en. ad lram plura de supnaturalib⁹ veritatib⁹ a sanctis angelis aliq̄n demonibus reuelant̄: q̄s possunt vltē hoīb⁹ reuelare a deo pmissi: cū igit̄ reuelatio fit hoīb⁹ p demones: tales dicunt̄ pphete de monū/ cū aut̄ fit a deo imēdiatē: vel mediātibus angelis sc̄tis dicunt̄ pphete dei. Considerandū etiā q̄ talis reuelatio differt a p̄cedētē: nō solū q̄tū ad causam reuelantē: vt dictū est: sed etiā q̄tū ad formā reuelationis: qz reuelatio facta a deo z angelis sc̄tis nullā falsitatē p̄tinet: sed illa q̄ fit a demonibus frequēter habz admixtā falsitatē: qz fm q̄ d̄: **J**ob. viij. f. Ipse demō mēdax est z pater mēdaciū: z id̄ hz aliq̄n reuelat hoīb⁹ aliq̄s veritates: hoc facit vt efficacit̄ decipiat: vt ex pluribus veritatibus ab eo p̄dictis postea sibi credat̄ in falsitate: fm q̄ d̄: in collatiōib⁹ patrū **C**oll. ij. abbat̄ moysi: q̄ demon in specie angeli boni cuidā fratri frequēter apparuit: z multas veritates sibi dixit: z qñ vidit illū fratē bene inclinātū ad credendū sibi: tūc ei p̄suasit vt circūcidere: z q̄ aliter nō poterat saluari. Sciendū etiā q̄ reuelatio veritatis q̄ fit a deo z angelis bonis: nō solū fit hoīb⁹ bonis: sed etiā aliq̄n malis: vt p̄z p̄ verbū saluatoris. **M**att̄. vij. c. **V**ult̄ dicit̄ mibi in illa die **D**ñe dñe: nōne i noīe tuo p̄phetauim⁹ zc. z subdit̄: **E**t rñde bo illis: nūq̄ nouivos zc. **H**oc etiā p̄z p̄ illud qd̄ habet̄. **I**ij. **R**eg. xij. de p̄pheta idoloꝝ qui seduxit p̄pheta dñi: z postea facta est sibi reuelatio a deo de morte illius p̄phete dñi: eo q̄ nō obedierat voci eius. p̄phetia enim respicit actū intelligēdi: charitas autē que facit hominē bonū est actus volūtatis: q̄ p̄cedit ab actu intelligēdi: p̄us autē pōt esse sine posteriori: z ideo reue.

Propheta qz dicatur

Reuelatio nes demonum

Aug. **U**idens aut balach. **Aug.** **Q**uod dicit scriptura postquam vicit israel amorreas: et possedit oēs ciuitates eorū milisse legatos balach regē moabitarum ad cōducendū balaā qui malediceret populū isrl: satis ostendit nō omnes moabitas venisse in conditionē seon regis amorreo: qm̄ eos bello superauit. Siquidē remansit gens moabitarū vsq; ad illud tēpus vbi regnaret balach rex moab. **Q**uo moab dixit seni oribus madian. i. moabite senioribus madianitarū: Nunc ablinget synagoga hec oēs qui in circūitu nostro sunt. **N**ō vna gens erat: sed vicini ad vicinos dixerunt q; pariter cauendū esset. **Q**uod enim fuit filius loth. **M**adian filius abrae de cethura: nō vna gens erat sed due vicine. **Q**uod **Abisit ergo nuncios.** **Orige.** Bellū tibi imminet rex balach: oportet te arma et exercitū preparare/et armis instructū occurre/re. **T**u nō mittis ad balaā diuinū munerā multa/et pmittis maiora dicens: **Veni/maledic populū qui exiit de egypto.** **Balaam** nō refert hoc ad deū/et venire phibetur. **R**ex itē mittit legatos: et spem omnē ponit in balaam/ vt in populū p telis iaculetur maledictas: **S**i forte verbis superet populū/ quē regis exercitus superare nō poterat. **Q**uid hec historia cōsequētie vel consilij habet? **Q**uis regū aliquando iminente sibi plio omittis armis ad diuinū aursuspiciis verba cōfugit? **P**rimo fatendū est in quibusdā plus valere vba q; corpa. **Q**uod enim exercitus neq; efficere/ hoc vobis efficit nec dico sanctis verbis vel dei verbis: sed quibusdā verbis q; inter hoīes habent/ que quomodo nominē nescio. **S**unt tñ in utili arte cōposita/ cuius vocabulum sit quod cuiq; placuerit. **F**rant in egypto incantatores et magi **E**xo. vii. b. **Q**uis hoīm potest fortitudine corpis virgā mutare in serpentē? vel aquā in sanguinem? quod illi fecerūt. **F**ecerat enim moyses hoc primus. **S**ed quia sciebat rex egypti hec quadā arte fieri verbo/ rū/ que habet inter homines: putauit hoc moysen nō dei virtute sed magica arte fecisse/ et virtute dei factū simulasse. **C**ōuocat cōtinuo egyptiozū incantatores et magos: qui inter eū qui virtute dei operabāt: et eos q; demones inuocabant facit esse certamen: efficit similiter p traria virtus/ sed serpens per dei virtutē factus absorbit alios. **N**ō enim potuit virtus demoniaca malū quod ex bono fecerat restituere in bonū. **P**otuit ex virga facere serpentē/ sed nō virgā reddere ex serpente. **I**deo cōsumuntur officii ab ea: que dei virtute cōuersa fuerat in serpētē/ et per virtutē diuinā nature sue redditur/ vt nature deū fa/ ter etur: verterunt incantatores egyptiozū aquā in sanguinē/ sed non potuerunt sanguinē vertere in aquā. **D**ei aut virtus nō aquā: sed totū fluiū vertit in sanguinē/ et orate virtus nature sue reddit. **P**roduxerūt magi scyniphes/ s; nō potuerūt eas repellere. **M**oyses autē produxit et restituit. **C**ōtraria aut virtus male aliquid facere pot/ sed restituere in integrū nō potest. **S**unt autē magozū differentie: alij enim plus valent/ alij minus. **Balaam** famosus erat in arte magica/ et in carminib; potens. **N**on enim habebat potestātē vel artem verborū ad benedicendū/ sed ad maledicendū. **D**emones enī ad maledicendū inuitantur/ non ad benedicendū. **Q**uasi ergo expertus in talibus in oriente erat opinatissimus. **A**lter enī nō presumpisset rex hoc posse fieri sermonibus/ quod ferro et acie vix cōpleretur. **C**ertus ergo et frequenter expertus omittis bellicis instrumentis/ mittit ad eū dicens: **E**cce populus exiit de egypto et cooperuit faciē terre etc. **V**idetur etiaz rex audisse quia filij israel solēt hostes vincere oratione: nō armis/ nō tam ferro q; precibus. **N**ulla enī israel contra pharaonē arma cōmouit/ sed dictū est ei **E**xo. xiiij. b. **D**ominus pugnabit p vobis/ et vos tacebitis. **C**ōtra amalechitas quoq; nō tātū vis armorum: quātū moysi valuit oratio/ hec audierat rex moab. **S**criptū est enī **E**xo. xv. b. **A**udierūt gentes et irate sunt: dolores cōprehenderunt habitatores philistūm. **T**unc festinauerunt duces edom/ et principes moabitarū etc. **C**ogitauit ergo apud semetipm̄ dicens: **Q**uia orationibus huius ppli arma nulla possūt cōferri: ideo mihi preces reqrēde sūt/ q; possunt superare orationes istoꝝ. **S**criptū est ergo: **E**t dixit moab ad seniores ma-

res madian: **N**ūc ablinget synagoga hec omnes qui in circūitu nostro sunt/ sicut ablingit vitulus herbā campī. **Q**uia sicut vitulus abrupit ore herbā cāpi: et lingua tāq; falce secat q; cūq; inuenit: ita pplis ore et labijs pugnat/ et in verbis habz arma. **D**ixit ergo balach ad balaā vt opponat verba verbis/ et preces precibus/ nec mireris si est i arte magica tale quid. **E**ssē enī hanc artē desiggnat scriptura: vt eā phibeat/ sicut demones esse significat/ sed coli vetat: q; magozū magistri sunt spiritus maligni. **N**ullus enī sanctorū spirituum obtrepe

hiericho sita est. **U**idēs aut balach fili' sephor oia que fecerat isrl amorreo/ et q; ptinuissent eū moabite: et impetū eius ferre nō possent: dixit ad maiores natu madian: **I**ta deletur hic populus oēs qui in nostris finibus cōmoratur/ quō solet bos herbas vsq; ad radices carpere. **I**pe aut erat rex in moab. **Abisit ergo nuncios** ad balaā filiū beor ariolum: qui habitabat super flumen terre filiozū ammon/ vt vocarent eum et dicerēt: **E**cce egressus est pplis ex egypto/ q; operuit superficies terre/ sedens cōtra me: **V**eni igit et maledic populo huic q;

Nico. de ly

et ideo reuelatio pphetica pot esse sine charitate/ et aliqñ fit vt dictū est: et hoc cedit ad cōmendationem veritatis reuelate: vt talis veritas testimonium habeat etiā ab aduersarijs veritatis et ad bonū alioꝝ. **D**escēdamus igit ad ppositū: dicendo q; balaā fuit ppheta demonū: q; fuit ariolus et magus que rens reuelationes a demonibus. **F**uit etiā ppheta dñi modo p dicto inq̄tum alique veritates fuerūt sibi reuelate a deo: s; ab ipō nō q̄reret/ sed virtute diuina fuit demon phibitus dare sibi re spōsum a q; querebat: et sūt sibi reuelate veritates a deo et cōpulsus est pnciare qd̄ nolebat: videlz sanctitatē et p speritatē ppli israel: cū tñ cōtrariū desideraret/ vt patebit: et hoc factum est ad cōmendationē populi israel/ et ad ter-

rorem aduersarioꝝ / et ad gloriā dei principaliter qui erat ductor illius populi et ad salutem gentium/ que ex pphetijs balaam mote sūt postea ad querēdū christū natū: vt habet **D**at. ij. a. et ppter hec et similia eius pphetie scripture sunt in canonicā scriptura. **D**is prelibatis descēdendū est ad lram cū dicit: **P**rofectiq; etc. vbi primo ponit ipius balaā vocatio. scdo cōtra pplm̄ isrl eius inq̄ cōsultatio ca. xxv. **C**irca p̄mū describit balaā ad maledicendū vocatus. scdo ad maledicendū conat. ca. xxij. tertio ad bndicendū coactus ca. xxij. **C**irca p̄mū p̄mittit ipius balaā vocatio sine effectu. scdo cū effectu/ ibi: **R**ursum ille. **C**irca p̄mū p̄mo ponit ipi balach petitio. scdo ipi us balaā rāssio/ ibi: **Q**uāq; venissent. **C**irca p̄mū p̄mittit causa petitiois/ cū dicit: **U**idēs aut etc. **A**morreo. i. seon et og et pplis eorum quos interfecerat isrl: licz essent fortissimi. **U**t q; pti. cū mo. etc. **N**ō audētes inuadere eos sicut fecerant duo reges p̄dicti. **E**t impe. ei' fer. nō pos. **I**n hebreo habet: **E**t abominatus est moab filios isrl. i. odiebat: et ex hoc p̄fidebat balach q; moabite cū eo ipeditēt filios isrl: et hec videt verior lra: q; filij isrl nō fecerāt impetū p̄tra moabitas/ cū esset eis phibitū a dño: vt habet **D**eu. ij. a. vbi dicit: **N**on pugnes p̄tra moabitas etc. **D**ixit ad maiores natu madian. **E**rat enī balach de pplō natus vt dicit **R**a. Sa. et etiā alij. **N**ec est idē pplis moabitis: q; moabite descenderunt de loth/ et madianite de abraam p madian: qui fuit filius cethure. **E**t **I**pe autē. i. balach. **E**rat eo tempore in moab. **P**er hoc enim quod dicit/ eo tempore: desiggnat q; non erat rex naturalis vel ex pgenie illius terre: sed ex accidenti vt pote quia subiecerat sibi vnam partē illius terre: sicut seon subiecerat sibi aliā: vt dictū est ca. p̄ce. **T**el forte quia moabite fugientes de prelio seon: subiecerāt se ipi balach reddēdo ei tributū: vt iuuaret eos cōtra seon vel contra filios israel de quibus timebant vt dictū est. **Abisit ergo nuncios.** **H**ic ponit ipa petitio balach p nuncios suos cū dicit: **V**eni igit et maledic pplō huic. **E**t p maledictionē tuā eius v̄tus debilitet. **D**icit etiā hic alq; hebrei q; balach audierat de pplō isrl q; plus vincebat verbis et precibus q; armis vt dictū est **E**xo. xvij. de victoria contra amalech: et ideo vocauit balaā vt maledicēdo isrl/ vba vobis opponeret.

Moni enī **M**oraliter. **U**idēs aut balach. **P**er balach qui in arto positus recurrit ad consiliū et auxiliū balaā arioli: signifi canē illi qui in infirmitatibus vel alijs necessitatibus positū recurrūt ad illos qui sunt magicis artib; imbuti: et sicut iste balach in hoc magnas expēsas fecit: et tñ nullū cōmodū sed magis oppositū reportauit: sic et illi grauitervalde peccāt nullā vtilitatē re-

Aug.
Pop. 24. b
An. ppheta balaam fuerit a deo
Diuisio
D
Moraliz

Tropolo.
Dich. 6. b

ppheta
icatur

uelatio
demo

obtemperat mago. Non pot inuocare magus michael vel ra pphael vel gabriel. Vinus ergo pot inuocare patre vel filiu vel spiritus sanctu. Nos soli accepim potestate hanc. Qui autem spiritus sancti particeps effectus est: imundos spūs inuocare nō debet: ne fugiat ab eo spūs sanctus. Magi sunt qui in uocant beelzebub. Hoc sciebat pplus qui cōtra dñm mentēs ait: In beelzebub pncipe demonioꝝ eicit demonia Saluator: aut sciens verū esse q beelzebub pnceps sit demonioꝝ: i hoc nō arguit mendacij: sed respōdit: Si ego i beelzebub eicio demonia: filij vestri in quo eiciunt? Constat ergo quosdā demones esse malos: qui inuocati a magis assunt eis ad malū: nō ad bonum: parati sunt autē malefacere: bene autē facere nesciūt. Hi ergo arte quadā: et cōpositione verboꝝ in amicitias cesserunt balaā: de quozū amicitijs magn⁹ fructus apud hoies videbat. Dixit ergo rex ad euz dices: Veni huc: et maledic mibi pplm hūc rē. a ¶ Si quo modo possim. Viderē nō ex integro cōfidere in balaam: fama virtutū que in populo dei facte sunt perterritus. b ¶ Noui enī q bñdi. sit. Prige. Non credo euz scire q quibuscūq be nedixisset balaā: bñdici eēt: sed adu landi gratia hec dicere: vt arte eius ex tollens promptioꝝ sibi faceret. Ars enī magica nescit bñdicere: nec demones. Scit bñdicere isaac et iacob et omnes sancti: Impioꝝ nullus bñdicere nouit. c ¶ Diuinationis precium. Alij: diuinaacula in artibus: q̄s curiositas humana cōposuit. Sunt qdā que scriptura diuinaacula notauit. Fētilis autē cōsuetudo vel tripodas vel cortinas vel hmoi vocabulis appellat: que q̄si ad hoc consecrata moueri ab eis et cōtractari solēt. Sed diuina scriptura ephor vernaculo sermone nominat in pphetis: qd tradūt esse indumentū pphetantiū. Aliud tñ in diuina scriptura pphetia: aliud diuination. Ait enī: ¶

Bar. 3. c

Ars magi/ ca nō bene/ dicit

Diuination

1. 23. d

Questio

¶ Non erit auguratio i iacob neq diuination in israel. Abdicat ergo penitus diuination: ope enī et ministerio demonū imple tur. Igit balaam acceptis diuinaculis: cū soleret ad se demones venire fugatos videt: et deū adesse: quē ideo dicit se iter rogare: qz cōsuetos sibi parere nō videt. Venit ergo deus ad balaam: nō qz sit dignus: sed vt fugent illi qui ad maledicendum et malefaciendū adesse cōsueuerāt: hinc enī pvidebat de us pplō suo. d ¶ Venit deus rē. Non dicit vtrū in somnis hoc factū sit: q̄uis p noctē factū esse constat. Postea enī dicit scriptura: Erurgens balaam ma. rē. Nemo glorie si si bi deus loquit. Mouit enī quō loquendū sit cū talibus: cum loquat etiā cum reprobis. Qui et cū per angelos loquit: ipse loquit. ¶ Prige. Venit deus et ait ad eum rē. Potest obijci. Inuocet lz demones balaam: maledicat pplō: inuocati demones faciāt qd possunt. Nunqd nō pot deus defendere pplm a demonibus vinqz eozū cōpescere? Quid opus erat vt veni ret ad balaam: phiberet demones: ne vl tēptarent ledere populū? Licet ergo nō oia que possunt occurrere: pferēda sunt: dicemus tamē qz non vult eos ante tēpus damnare. Sciunt enī et ipsi qz tēpus eozū hoc p̄sens seculū cōtinet: vñ Matth. viij. d. Venisti añ tēpus toꝝ qre nos. Ideo diabolū nō remouit a pncipatu huius seculi: qz opa eius necessaria sunt ad p̄fectionē eozū qui coronādi sunt. Sic et reliquos demones non vult ante tēpus a p̄positi sui intentione violēter abstrahere. Ideo nō pmittit eos per balaā inuocari: ne forte inuocati destruant ante tēpus: et deo defendēte pplm perimerent. Aliud est enī si expectat demon a deo aliquē tēpandū: sicut Job et certa distinctione potestate accipiat: et dicat ei: do tibi oia eius in potestate: sed ipm nō cōtingas. Alius si mago erigēte et adiuramētis quibusdā extorquet: demones sine vlla obseruatione descuiāt. In quo si eis libertas seruet arbitrij: populū dei p̄dent: si auferat: hoc erit deo damnasse creaturā rationalem: et ante tēpus intulisse iudiciū: et impendisse omnibus qui cōtra

bus qui contra eos certantes poterāt coronari. Si enim de monibus auferat libertas arbitrij: nullus impugnabit athletas christi: et nullū certamē erit: nullū premiū: nulla victoria. Sic ergo agit deus: vt pplus adhuc rudis: et qui nuper ab strabi ceperat a cultu demonū: demonibus nō tradat: et inuo cantū mago responsa nō deferantur: et genus demonū arbitrij potestate nu detur: ideo p̄uenit deus: et balaam in uocare demones phibet: si tñ a cupiditate cessasset. Sed qz persistit in desiderio pecunie: indulgēs potestati arbitrij ire pmittit: verbū tamē suum iniecit in os eius: prohibens maledictionem fieri per demones: vt benedictionibus locum daret et pro maledictis

S

a fortior me est: si quo mō possim pcutere et eicere eū de tra mea. b ¶ Noui enī q bñdicit sit cui bene a dixeris: et maledictus in quē ma b ledicta congesseris. Perreperūt seniores moab / et maiores natu a ¶ Pr. diuinationes precij. i. diuinationis. c madian / habentes diuinationis c precium in manibus. Cūqz ve d nissent ad balaā / et narrassent ei omnia verba balach: ille respon e dit: Manete hic nocte: et respon f debo quicquid mibi dixerit do minus. Manentibus autē illis d apud balaam / venit deus: et ait s ad eum: Quid sibi volūt homi b nes isti apud te? Respōdit: Ba lach filius sephoz rex moabitaz misit ad me dicens: Ecce pplus q̄ egressus est de egypto operuit superficiē terre / veni et maledic ei / si quo modo possim pugnās abigere eū. Dixitqz deus ad ba laam: Noli ire cum eis / neqz ma f ledicas populo: quia benedict⁹ m est. Qui mane p̄surgēs dixit ad principes: Ite in terram vestra:

¶ cantū mago responsa nō deferantur: et genus demonū arbitrij potestate nu detur: ideo p̄uenit deus: et balaam in uocare demones phibet: si tñ a cupiditate cessasset. Sed qz persistit in desiderio pecunie: indulgēs potestati arbitrij ire pmittit: verbū tamē suum iniecit in os eius: prohibens maledictionem fieri per demones: vt benedictionibus locum daret et pro maledictis

Nico. de lyra

¶ Noui enī q benedictus sit rē. hoc dicit: quia balaam predixit sibi anteq̄ esset rex moab: ipm regnaturum ibidem: vt dicit Rab. Sa. b ¶ Et maledictus in quē rē. qz per maledictiones suas et carmina cōtra moabitas fuerāt debellati a seon. c ¶ Habētes diuinationis precij in ma. In hebreo habet: Habentes diuinationes in manibus: quod exponitur tripliciter ab hebreis. Uno modo vt per diuinationes in manibus intelligant munera pro diuinationibus: put accipit trāslatio nostra. Alio modo istrumēta diuinādi: que curiositas humana adinueniat: et talia portabāt nunciū ne balaam excusaret se ex defectu talium. Tertio modo q̄ illi nunciū qui erant de madian dixerant adiuuicem quasi pro diuinatione. Si balaam statim consentiat venire nobiscū: eius aduentus erit nobis vtilis: si autē differat responsonē nihil valebit nobis: vnde qd postea subdit: Manete hic nocte. vbi subditur: Manētibus autē illis apud balaam. In hebreo habet: Et manserūt pncipes moab apud balaam. q. d. iam recesserāt maiores natu madian reputātes aduentū eius eis inutilem statim cū audierūt responsonis dilationem: per talē modū dicit. i. Reg. xij. quia ionathas dixit armigero suo de philistis: Si taliter locuti fuerint ad nos manete donec veniam⁹ ad vos: stemus in loco nro. Si autē dixerint ascēdite ad nos / ascendamus: qz tradidit eos dñs in manibus nris: et hoc erit nobis signū: in hoc tamē est differētia: qz ionathas nō dixit hoc supposito se: sicut madianite: sed ex diuino instinctu. d ¶ Cūqz venissent. Hic ponit balaam rñsio cū dicit: ¶ Ille rñdit: Ha. hic no. Erat enī p̄p̄ha de monū: vt p̄dictū est: Reuelatiōes autē a demonib⁹ q̄s iste qre bat vt cōiter fiunt de nocte: qz sunt spūs tenebray. ¶ Et respōdebo q̄cqd mi. di. do. Dicitur hic expositores aliq̄ q̄ dū biū est de quo intelligat hic dñs: vtrū de deo vel de demone qz magi et arioli demonē sibi apparentē vocāt pncipē vl dñm exhibēdo sibi reuerētiā: s3 apud hebreos nō est dubiū: qz vbi trāslatio nra hic habet dñs. In hebreo habet: Nōmē dñi te tragrāmātō: qd nō pot intelligi nisi de deo vero. S3 h videt p̄tradidere p̄dictis. i. q̄ balaā qrebat reuelatiōes a demone. Ad qd dicit dñs: q̄ mos est magoz maxime cupidoꝝ: q̄lis erat iste balaā: fingere corā hoibus q̄ reuelatiōes sibi fiant a deo vero: vt sic eis magi credat et reportet mai⁹ lucrū. ¶ Quid sit de⁹. i. angelus bon⁹ loquēs in p̄sona dei: et iō aliq̄ de⁹: aliq̄n angelus nominat: venit autē iste angelus bonus nō vocatus a balaā: s3 vt p̄tute diuina demonē arceret a dādo respōsum ipsi balaā: et ad imponēdū legē et frenū ipsi balaā ne faceret aliqd vel diceret cōtra isrl. b ¶ Quid sibi vo. ho. rē. Hō q̄rit ex ignorātia: sed vt ex rñsione balaam cōueniētius phibeat eū: vñ s̄ dicit: i ¶ Rñdit: Balach rē. q. d. p̄pter dignitatē regiā deberē ire ad eū. qrebat enī licētā eundi motus cupiditate lucrī. k ¶ Noli ire cū eis. ad maledicēdū illi pplō. l ¶ Neqz maledi. etiā d loco isto. m ¶ Quia bñdicit. est. a deo a q̄ recepit bñdictionē i p̄rib⁹: vt p̄t̄z Gen. xij ¶ et in pluribus

Diuinationes in manibus.

Dagonū mos

Asperre facit bñdictiones et pphetias / que edificat etiã reliq̃s gentes. Si enĩ pphete eius a moyse scripte sunt: quãto magis ab his q̃ cũ eo habitabãt in mesopotamia / apud quos tanq̃ discipulos huius artis magnificus habebat. Ex illo fertur magorũ genus et institutio in partib⁹ orientis vigere. Qui scripta habentes oĩa que balaã pphetauerat: hoc inter cetera habebũt. Quia oriet stella ex iacob / et exurgit homo ex isrl: isra. xxiij. c. Ideo magi nato dñino agnouerũt stellam / et intellexerunt impleri pphetiaz magis q̃ iudei: qui sanctorum pphetarũ vaticinia contempserunt. Illi ergo agnoscẽtes adesse tempus / venerunt et adorauerunt. Et ad magne fidei argumentum paruũ puerum quasi magnũ regẽ venerati sunt.

Pat. 2. a

Allego.

Joh. 7. g

Aug. Italic

Litteralis

Dñs vel de⁹ diuersis modis scribitur

do sub hoc signo scribitur nulla dubitatio est quin de deo vero dicatur. Quando vero communibus litteris incertum est: an de deo vero an de quolibet alioz dicatur. Sicut ergo qui hebreas litteras legunt: deum hic nõ sub signo tetragrammatici esse positũ / de quo qui p̃t req̃rat. Quod aut deus dixit quasi interrogans qui sunt isti homines: queritur cur ignorare videatur? Et iterum q̃ ait: Non maledices populum: est enim benedictus: quasi si dixerit: Non maledices populum meũ. Nos interim dicemus: sapientia dei oĩa ita esse disposita: vt nihil ociosum sit apud deũ vel bonum vel malũ. Maliciã nõ fecit deus: tamẽ cũ ab alijs inuentã prohibere possit non phibet: sed cum ip̃is vitur ea ad necessarias causas: p̃ ip̃os enim in quibus est. p̃bat eos qui ad virtutum gloriã tẽdunt. Si enim perimeretur maliciã / nõ esset qui contraret virtutibus: virtus autẽ si contrariũ non haberet / nõ claresceret: nec examinatio fieret: non probata nõ nec examinata nec virtus esset. Tolle maliciã fratru ioseph / et inuidiam: simul perimes dispensationem dei: et que in egypto pro salute omniu gentiu gesta sunt. Si ioseph non distrahatur: somniũ pharaonis non exponetur / que intelliget que deus reuelauit ei. Nemo frumenta in egypto congregabit: peribit egyptus et finitime regioes: et ip̃e israël et semen eius querẽs panẽ. Egyptũ enim nõ ingredietur / nec egredietur in mirabilib⁹ dei. Nõ fient plage in egyptios / neq̃ virtutes quas fecit deus per moysen et aaron. Nemo mare rubrũ sicco pede transibit. Non dabitur manna / nec aqua de petra / nec lex in monte sinai: que in exodo / leuitico / numeris / deuteronomio referuntur / ad humani generis scientiã nõ venient: terram promissionis nullus intrabit. Tolle regis balach maliciã qua maledicẽ desiderat israël / et astutiam qua inuitat balaã ad deuotandũ pplũ: et auferes dispensationem dei et prudentie eius fauore nõsẽ erunt pphete balaã. Aufer maliciã iude et p̃ditio nem: auferes pariter et crucem christi et passionẽ / nec exultatur principatus et potestates / nec triumphantur in ligno crucis. Si non fuisset mors christi nec resurrectio eius: nec aliquis p̃mogenitus ex mortuis / nec spes nobis fuisset resurrectiois. Ponamus diabolu nõ peccasse vel post p̃ctũ malicie voluntate p̃didisset / auferet a nobis certamen aduersus astutias diaboli: nec erit corona iusticie et victorie legitime certanti. Si desint q̃slibet: nõ erunt agones nec victoribus munera ponent. Nõ solũ ergo bonis vitur deus ad opus bonũ / sed etiã malis. Sunt vasa ad honores: sunt ad contumeliã / vtraq̃ tñ necessaria. Sunt aut rationabilia et liberi arbitrii neq̃ casu neq̃ fortuitu vnusquisq̃ vas honoris efficitur. Qui vero pessime viuunt fiet

quia phibuit me de⁹ venire vobiscũ. Reuersi p̃ncipes dixerũt ad balach: Noluit balaam venire nobiscũ. Rursum ille multo plures et nobiliores q̃ ante miserat misit. Qui cũ venissent ad balaã / dixerunt: Sic dicit balach filius sephor: Ne cũcteris venire ad me paratum honorare te: et quicquid volueris dabo tibi: Veni et maledic populo isti. Respondit a van⁹ populus: hic significat scribas et phariseos iudeorum. b balaã: Si dederit mihi balach domũ suã plenã argenti et auri / non potero imutare verbum dñi dei mei / vt vel plus vel minus loqr. Obsecro vt hic maneatis etiam hac nocte / vt scire queã qd mihi c rursum rĩdeat dñs. Venit ergo s

deus per moysen et aaron. Nemo mare rubrũ sicco pede transibit. Non dabitur manna / nec aqua de petra / nec lex in monte sinai: que in exodo / leuitico / numeris / deuteronomio referuntur / ad humani generis scientiã nõ venient: terram promissionis nullus intrabit. Tolle regis balach maliciã qua maledicẽ desiderat israël / et astutiam qua inuitat balaã ad deuotandũ pplũ: et auferes dispensationem dei et prudentie eius fauore nõsẽ erunt pphete balaã. Aufer maliciã iude et p̃ditio nem: auferes pariter et crucem christi et passionẽ / nec exultatur principatus et potestates / nec triumphantur in ligno crucis. Si non fuisset mors christi nec resurrectio eius: nec aliquis p̃mogenitus ex mortuis / nec spes nobis fuisset resurrectiois. Ponamus diabolu nõ peccasse vel post p̃ctũ malicie voluntate p̃didisset / auferet a nobis certamen aduersus astutias diaboli: nec erit corona iusticie et victorie legitime certanti. Si desint q̃slibet: nõ erunt agones nec victoribus munera ponent. Nõ solũ ergo bonis vitur deus ad opus bonũ / sed etiã malis. Sunt vasa ad honores: sunt ad contumeliã / vtraq̃ tñ necessaria. Sunt aut rationabilia et liberi arbitrii neq̃ casu neq̃ fortuitu vnusquisq̃ vas honoris efficitur. Qui vero pessime viuunt fiet

Vico. de lyra

et in pluribus alijs locis. a Prohibuit me de⁹ r̃c. Dicit Ra. Sa. q̃ balaã cupidus et supbus dixit: Vobiscũ. fingens corã eis vt nõ esset phibit⁹ r̃one vie sed r̃one societatis: quia nõ erat nũciũ sufficĩter honorabiles ad deducendã eũ. ppter quod balach misit ad eũ sc̃do plures et honorabiliores nũcios vt postea subdit: b Rursum. Sic describit sc̃da vocatio que est cum effectu. Et primo describit eius vocatio. sc̃do resp̃ctio / ibi: Et iratus est deus. tertio receptio / ibi: Quicquid volueris dabo tibi. Sciebat enĩ balach ip̃m esse superbũ et cupidũ: et id p̃mittit sibi honores et diuitias vt alliciat eum ad veniendũ. d Si dederit mihi balach domũ suã r̃c. Per hoc intelligit q̃ erat cupidus talis. e Nõ potero im. y. dñi. Sicut enĩ coact⁹ prestari dñi vt nihil posset agere vel dicere nisi qd placeret sibi. f Obsecro vt hic r̃c. Quis enĩ iam prius fuisset phibitus ire: tamẽ cupiditate ductus adhuc querebat quomodo posset ire: vt si forte demon ei priuatus q̃ mitteretur sibi dare responsum de cõtrario. g Venit ergo deus ad balaã nocte et ait ei. Exponatur sicut prius. h Si vocare

Permittit de⁹ maliciã fieri

Gen. 37. d

It. 24. c

Gen. 41. b

De⁹ nõ solũ bonis s̃ etiaz malis vitur ad bonum

Diuisio

h ij

* Si vocare

S viuit fiet vas cōtumelie: nō a conditore sed a semetipso caustis cōtumelie datis. Nō ergo tales esse p̄ditor fecit: sed eorū mētes fm̄ p̄positū eorū p̄uidencie sue iusticia ⁊ ineffabili quadā rōne dispensat. Sicut in magnis vrbibus teterrime vite homines vltima opa ⁊ laboriosa p̄demnant operari: que tñ ne cessaria sunt: aut fornacib⁹ lauacri ad succedēdos ignes deseruiūt: vt vel cōmoditate vel delitijs p̄fruaris: aut cū nūculos purgāt: aut hm̄oi faciūt: vt tibi fiat i vrbē delectabilis habitatio. Ita deus quidē maliciā nō fecit: inuentam tñ ex p̄positi intētionē eorū qui declinauerūt a via recta auferre penitus noluit: p̄uidens q̄ si esset illi inutilis q̄ ea utebat: faceret tamē vtilem his aduersum quos exercebat. Ideo refugere cōmūo debemus ne vnq̄ maliciā i nobis inueniat. In alijs vō vincere: nō eā perimere studendū est: q̄ illi in quibus est aliqd̄ necessarij opis conferūt vniuersitati. Nihil enī ociosum/nihil inane apud deū. si enī bona sit p̄positio hoīs: vititur ad bona. si mala ad necessaria. S; beatior eris si ex stute q̄ in te ē aliqd̄ boni huius vite vniuersitas p̄sequat: fm̄ illud **N**ihil. ij. b. Et sitis sicut luminaria in hoc mūdo verbum vite cōtinētes ad gloriā. Sunt ergo necessaria luminaria huic mūdo: et qd̄ tam delectabile ⁊ tam magnificū q̄ opus solis ⁊ lune a q̄bus illuminatur mundus? Opus est enī mūdo etiā angelis qui sunt sup̄ bestias ⁊ p̄sunt animalū natiuitati virgultoz plantationūq; et ceterozum incrementis et qui p̄sunt operibus sanctis qui eterne lucis intellectum ⁊ occultozū dei agnitionem et rerum diuinarū scientiā doceāt. Vide ergo ne iter angelos inueniaris qui bestijs p̄sunt: si beluina duxerit vitā: aut inter eos q̄ terrenis opibus p̄sunt: si corpea ⁊ terrena dilexeris. Satage autē quōd assumaris ad societate michaelis q̄ oīones sanctorū semp̄ offert deo. Assumeris autē in hunc numerū vel in hoc officij: si istes semp̄ orationi ⁊ vigiles in ea. Vel in officij ⁊ societate Raphaelis q̄ medicine p̄est: vulneratū scz pctis ⁊ sagittis diaboli cū videris adhibe curatio: nē sermonū ⁊ medicina verbi dei: vt pcti vulnera per patientiā sanes. Qui talia in hoc mūdo agit p̄bet se vt in futuro vas electiōis ⁊ vtile dño ad omne opus paratū a conditore forme: qui cōtraria gerit vas ad cōtumeliā diuine dispensationis se p̄buit. Ideo puto in diuinis voluminib⁹ scripta esse bonoz gesta ⁊ maloz ⁊ ex sinistris dextrisq; actib⁹ scripturas cōtextas: vt intelligam⁹ q̄ apud deū ociosa nō sunt nec malozū nec bonoz opa. a **S**ivocare ⁊c. Balaā diuin⁹ erat demonū. s. ministerio ⁊ arte magica nōnunq̄ futura p̄noscens. Rogat a balaā: vt maledicat isrl. Legati veniūt: diuinacula in manibus ferūt: stant attonite gentes ⁊ obnixē expectātes qd̄ respōdeat balaā quē dignū diuinis credebāt colloquijs. Vide quōd sapiētia dei vas ad cōtumeliā p̄paratū p̄ficere fecit non vni genti sed toti pene mūdo. Et huic cui solebāt videri demones: p̄hibens iter mali operis videt deus. Stupescit balaā ⁊ mirat p̄hibentis auctoritatē. Nō enī solebat malū demonibus displicere. Remittit legatos dicēs: Nō se posse facere nisi verbū qd̄ deus dederit in os eius. Redunt legati: iterū requirit: iterū molestus est: iterū cupit audire. Nō enī facile cupidus mercede caret. Quid q̄ audit secūdo? Si te vocare venerint hoīes isti: surge ⁊ vade cū eis. In quo volūtati cupiditatis ei⁹ cedit deus: fm̄ illud **N**um. lxx. c. Dimisit eos in desiderio cordis eorū ⁊c. Consiliū autē diuine dispensationis explet. Dicit enī ad eū verbū: quodcūq; posuero in ore tuo hoc loq̄ris. Si nō indign⁹ fuisset: verbū suū dñs nō in ore eius s; in corde posuisset: sed q̄ in corde desiderij mercedis erat et p̄cunie cupiditas: verbū dñi nō in corde sed in ore ponit. Agebat enī mira dispensatione vt p̄phetarū verba q̄ intra israheliticā aulā continebant p̄ balaā ad gentes puenirent: cuj ei oēs gentes crederēt: ⁊ natiōib⁹ secreta de p̄p̄o mysteria ⁊ thesaurum magnū p̄ferret: nō tam corde et sensu q̄ ore et sermone. **Allego.** b **S**urrexit balaā ma. ⁊ stra. asina ⁊c. **Origo.** **Allego.** Si videas

Nota que/ stione po/ stillatoris

Oriet stel/ la ex iacob

Destructio idolatrie rē pore natiuitatis christi

amalech p̄ncipiū gentium

Tropolo.

Ben. 14. a

Questio d̄ amalech

Exo. 17. c.

E eni retro inuentus fuit in cauda abscedit eum amalech. In li bro etiā regum ait samuel ad saul: Hec dicit dñs deus virtu...

Denitet me qz vni saul i regē. Et h g obserua quō deus p pphetaz pcpit sauli vt expugnaret amalech: et nō p / cat cuiqz: z qz pepcit/offensam occur / rit inexplabile: vt cōtra naturā suā de / us diceret: Penitet me qz vni saul i regē. Nō ergo parcam illi qui decli / nat populū vl ablingit z deuorat. In uisibilis amalech qui volētibz ascen dere de egypto z de mundi tenebris cōscendere ad terrā pmissionis resistit in viā z impugnat: et si inuenerit las / sos defectos retro aspicientes: in vlti / mis z in cauda positos abscedet et pi / met. Ideo tendēdū est ad anteriora: z in verticē mōtis ascendendū: z sem per leuāde manus in oratiōe ad celū: vt ita demum vincat amalech. Dauid cū multa bella gessisset: z contra allo / philos fuisset ei acerrimi frequētesqz cōstictus: nō scribit obtinuisse regnū nisi prius domuisset amalech. Cū eti am regressus ē dauid postqz cecidisset amalech: z suscepit regnū saul: cū ta / mē amalech scribat multas prius stra ges fecisse i populo israel: z incendisse plurimas vrbes. An aduentū enī ve / ri dauid qui natus ē ex semine dauid: spirituales amalechite: id est cōtrarie vtutes multas strages fecerūt i populo israel: z ipsius dauid captiuauerūt duas vxores: iudeū. s. z gentile populū. Omnes enī cōstat sub pctō fuisse: sed nō in his rerū exitus mansit. Adueniens autē dauid inuenit dispfos ama / lechitas māducātes et bibentes z exultantes p reda: et ceci dit eos: z post hanc cedē regressus suscepit regnū. De hoc ergo amalech ait balaam: Gnitiū gentiū amalech: z semē eo / rum pibit. Semen eoz est p uasio z doctrina qua docent ho mines declinare a deo: hoc ergo peribit: nō ipsi in quibus se minatū est. ipsi enī cum cōuersi ingemuerint salui erūt. Hec expositio illis obsistit qui deū legis duricie z crudelitatis ac culant: qui nō solum gentē amalech / sed z semen eius p nūci / ant periturū / cū gens ad spirituales nequitas referat. Semē dō doctrina gentiliū supstitutionū z cultus idolorū: et omis se / cta que a deo populū declinat exponat.

Udidit quoqz cineū. Idē: Et videns cineum dixit: Valida habitatio tua. z si posueris nidum tuum in petra: z si fuerit tibi beoz nidus astutie assyriū captiuū te ducēt zc. Beoz pater ē balaā / hereti cos figurās. Et dicit qz salū possit esse cineus / si ponet in pe tra. i. in xpo nidū suū: spem. s. nec hereticos circūdet eū et cir / cūscribat astutia. Si enī hoc fecerit: nihil pderit qz i petra lo / catus videt: ab assyrijs enī captiuus ducet: malignis. s. spi ritibz a qb heretici captiuant. Videt hui expositiōis z cōiū etio cōturbare sensum: sed vnaquā ē hebrez lingue i coniun ctioe frequēter vti / vt interdū abūdet. Habet enī vna qz li / gua aliqd pprietatis qd apud alias videt vitiōsū. Hic ergo z cōiūctio abūdat z supfluit. Caueat g cineus (qz interpretatur possessio) qz nō possideat istā gratiā / vt i ecclesia xpi sit: ne for te astutia beoz circūueniat eū: z declinās ad praua dogmata tradat assyrijs: qui em blasphemāt i ecclesia positi / tradūtur sathane vt discāt nō blasphemare. Tradunt autē assyrijs qz i terptant dirigētes: nō vt penit pēat / sz dirigāt z corrigāt z discāt nō blasphemare. Nō videt cineū valde culpabiliter noiare / cui dixit saul. j. Re. xv. b. Discede de medio amalech z nō pcuriā ter: qz fecisti miscdiāz i isrl zc. Hui robustū ē ha / bitaculū si ponat i petra qz ē xps nidū suū. Hic cineū pos / sessor. Qui pntia possidet: qz ingenio pollent: qz ingenio secu laris sapiētie callēt: qz vere sibi robustū habitaculū cōstruūt: si se ifirmos sentiūt: z i excelsa hūilitate xpi fouēda mentis si duciā ponūt: z omne quod pterit cordis volatu trāscēdunt.

Electi. Electi de nūero sapiētū / veritatis inqz sutores vi ta vixūt ppetua. vñ Eccl. xliij. c. Qui elucidāt me vi. et. ha. c. Assur. Diabolus. s. cui heretici tradunt dirigēdi z corri gēdi. d. Parabola. Sepe pabolice loq dicit: ne qd i his nō qsi pabolā / sed p m lram accipiam. e. Quis victur? Nam felix

ma perdetur. Vidit quoqz cineū a um: et assumpta parabola ait: Robustum quidē est habitaculū b tuū: sed si i petra posueris nidū b tuum: z fueris electus de stirpe c cin / qz diu poteris pmanere: As c d sur enī capiet te. Assumptaqz pa / rabola iterū locutus ē: Heu qz e victur? ē quādo ista faciet deus: s. Veniet i trieribus de italia su / perabunt assyrios / vastabuntqz b hebreos / z ad extremum etiam k

zā felix qz hec videat / sentiat / intelligat z credat / qz hec ita fece rit de. f. Qm ista faciet de. s. oriet stella ex iacob: sur get hō ex irael: z delebit amalech / z semē eius pibit: Id ē cuz veniet christus: z cultū idolorū destruet: z demonū ptatē subij ciet. s. Veniet zc. Videt significare qz iuxta icarnationē dñi veniet romani / assyrios / hebreos z oēs oriētales supaturi: z tadē regnū pdituri p m statuā daniel. Vel qz in ad uētū xpi i fine tēporū / qd ps occidētalis significat: oia regna mūdī gladio spūs: id ē pbo dei supent: et i tpe antichristi cesset pdicatio euāgelij. Orige. Et eribūt de manibz scitiōz / z affligēt assy rios. Scitij iterptant plaga finis. Qui g cōuersi ad deū z a christo eruditi pla gā que in fine seculi impijs veniet estu giunt affligent assyrios: Id est hi qui bus in agone positis conteret deus sa / thanam sub pedibus affligent assyri os: id est demones. Calcabunt enī su / per serpentes / et scorpiones: et super omnem virtutem inimici. h. He breos. Hebreus est qui de egypto trā sit ad terram pmissionis: de tenebris ad lucem: de morte ad vitam. Sed nō sine magno certamine potest obtine re. Affligit ergo et affligitur: cedit ad uersariū et ceditur. Affligunt ergo as syrii hebreos: id est populum dei / sicut affliguntur ab eis. i. Etiam ipsi peribunt. Idem: Et ipsi pariter peri bunt. Non cum hebreis scilicet / sed pa riter: id est statim vt hebreos afflixerit. Pariter enim grecus sermo pro statim ponit. Hic ergo erit finis omnium: vt assur cui tradebantur delinquentes in populo dei: vel in interitum carnis vt spiritus saluus fieret: vel vt disceret non blasphema re / pereat etiam ipse ab eo qui potestatem habet perdere in ge bennam: Qui dicit eis Matth. xxv. d. Ite in ignem eternum qui preparatus est diabolo et angelis eius. Perijt vna ouis de centum: sed hanc bonus pastor relictis nonagintanouem in montibus: descendens ad hanc vallem lachrymarum: et re / quirens inuenit: et impositam humeris reportauit. Iste autē assur qui in fine omnium dicitur periturus: nescio si aliquan do aut queri possit aut inueniri: perijt ergo non errore / sed iu dicio: non lapsu motus / sed perseverantia obturatus. Quod enim scriptum est Deutero. xxxij. f. Ego occidā z ego viuere fa ciam: deducam in infernū z reducam: nescio si generaliter ad omnes aspiciat: an ad eos tātū quos deceptio diaboli deduxit in mortem.

Nico. de lyra. Udidit quoqz cineū: z assumpta parabola ait. Hic cineū (a quo dicitur cinei) fuit filius Isro / vt dicunt ali qui: vel potius ipsemet isro vt dicunt alij: prout dictum est su pra. x. ca. Et ponit hic iste populus iuxta amalech: quia habi tabat iuxta eum. p m q dicit. i. Regū. xv. b. Dixitqz saul cineo: Abite: recedite atqz discedite ab amalech: ne forte inuoluaz te cum eo. b. Robustum quidē est habitaculū tuū. Lo / cus enī sue habitacionis erat fortis propter difficilem accessū ex rupibus. sequit: c. Assur enī capiet te. Fortitudo enī loci nō potuit eū saluare / quin caperet z captiuaret cum decez tribubus israel / quas captiuauit rex assur tempore Dsee regis israel: vt habet. iij. Regū. xvij. Tertio cōuertit parabola ad romanos / cum dicit: d. Assumptaqz parabola zc. pro / phetie tamē sue p mittit exclamatiōē dicens: e. Heu quis victur? est quādo ista faciet deus: scz que sequunt. q. d. tanta strages p romanos fiet in diuersis partibz orbis / qz vix poterit aliquis euadere gladium eozū. f. Veniet in trieribus: Id est in nauibus: g. De italia. quia p nauij gium venit exercitus romanorū ad partes illas orientales. h. Vastabunt assyrios: quozū dominiū erat magnum. i. Vastabuntqz hebreos: quod inchoatū est tpe pompeij: z consumatū tempore Titi z vespasianij. k. Et ad extre / mū etiā ipsi peribūt. s. romāi: qd exposuit Ra. Sa. futurū p regē messiā / vt dictū ē. s. z iprobātū. Ideo aliter dicēdū / qz h factū est p bella intestina inter romanos consurgētia: propter que multa regna recesserūt a dominio imperij romani: et illud quod remansit videt quasi quotidie intestinis bellis cassari: et h notat cuz dicit: Ipsi gibunt. s. a semetipsis bellis intestinis. * Balach quoqz

De cineo. Tropolo. Moralit. Parabola qd. Romāi re gni iterit.

1. Re. 13. a. Ibidem. c. 1. Dañ. 11. c. De cineo. Tropolo. Moralit. Parabola qd. Romāi re gni iterit.

B in mortem. **Surrexitqz balaam.** Quia balaam dei virtute constrictus non potuit israel maledicere volens regi placere/ait: Veni consilium do tibi: sed consilium nō aperuit quod tamen refertur in fine huius libri: sed plen^o vbi iobannes ait Apoc. ij. d. **P**abes ibi doctrinā balaam: qui balach docuit vt mitteret scandalū in conspectu filiorū israel: vt manducarent idolis immolata z fornicarent. Quasi populus hic nō pprijs viribus sed deuz querendo vincit z pudicitia conseruado. Deijce pudicitia z sponte vincet: nō virtute militū sz decore mulierū pugnandū est: forma vincit armatos: ferum pulchritudo captiuat. **A**bi senserint eos mulieres man^o dedisse libidini: nō se prius cupientibus prebeat qz de sacrificijs idolorum comedant: et consecrentur beelphegor. **R**ex vero balach cōtinuo consilio paruit.

Nico. de lyra

Balach quoqz via q̄ venerat redijt. conduce/ rat enim balaam vsqz ad fines terre sue: vt haberet consiliuz ab eo contra filios israel in fine sicut ei pmiserat.

In ca. xxiij. vbi dicit: Pulchra tabernacula tua zc.

Additio Circa pphetias balaam tam pcedetes qz sequetes tria occurrunt atcedenda. **P**rimū est qz licet de statu populi israelitici a principio vsqz ad finem tractent: vt patet. nunqz tamē aliquid tangunt de infortunijs seu aduersitatibus: licet multa talia eis deuenēūt: tam tempore iudicium qz etiā temporib^o regū: z maxime in captiuitate babylonica z in alijs: sed solum tangunt prosperitatem eorū.

Cuius ratio potest esse qz deus volebat vt talia reuelarentur balaam: nec per ipsum manifestarent gentib^o. ne ex h^o possent audacia assumere resistendi seu inuadendi eos: z ideo i principio de vniuersaliter dixit ipsi balaam: **N**ō maledicas populo: qz bndictus est. in quo pphibuit sibi ne aliquid mali de eis diceret. **S**ecūdū qz balaam pphetavit de his qz pntinent ad prosperitatem illius ppli: nō solū tēporale: sz etiā spūale. qz quidez bona spūalia intelligenda sunt de iustis. s. de israel seu iacob fm spm: nō autē d pueris: vt patebit inferi^o i locis suis. **T**ertū est qz quattuor pphetie istū balaam vident respicere quattuor status populi israelitici. quoz prim^o ante legē est. s. ab abraam vsqz ad dationē legis. secūdus est a datione legis vsqz ad tēpus quo possederūt terrā pmissionis: ante qz tñ regē habuissent aut tēpluz. tertio vero a tēpore p̄dicto vsqz ad tēpus quo habuerūt regē z tēplū inclusiue. quartus vero z finalis stat^o populi sub christo: z in omib^o istis semp tangit prosperitatem eorū: omis aduersitatibus ratione p̄dicta. **I**n prima igit pphetia cōmēdat primū statū illi^o populi de quattuor. **P**rimo de hoc qz erat a deo benedictus: vnde nō poterat maledici qz correspondet cū hoc qd fuit dictū abraam in prima sui vocatione **B**en. xij. a. **B**enedicā tibi zc. **E**t bndicā bndicentib^o tibi zc. de quo dicit hic balaam: **Q**uō maledicā cui nō maledixit deus. **S**ecūdo cōmēdat eū de hoc qz erat sepatus in gentib^o in fide de qua hic dicit: **P**opulus solus habitabit: z inter gentes non reputabit. z qz ista distinctio incepit ab abraam z fuit continua ta p patriarchas: ideo huic distinctiōi p̄dicit: **D**e summis silicibus videbo eū: z de collibus considerabo illū. s. de viris iustis z pfectis qui montibus in scriptura assimilant: a quibus ille populus sumpsit initiū. **T**ertio cōmēdat eū d magna numerositate: quia cuz primi patres essent pauci: tamē i magnā multitudinē creuerūt. de quo dicit: **Q**uis dinumerare possit puluerem iacob zc. correspondet ad illud quod dixit deus abraam **B**en. xij. d. **M**ultiplicabo semen tuū sicut puluerē terre. **Q**uarto cōmēdat eū de bono fine. de quo dicit: **H**oriat anima mea morte iustorum: z sicut nouissima mea horū similia. correspondet ad hoc quod dicit **B**en. xv. c. **T**u autē ingredieris ad patres tuos in pace. in quo videt assecurare euz de penit alterius vite: vnde in sinu abraam iusti ante aduētū christi legunt collocari: vt **L**uc. xvi. f. **N**ec miruz si balaam cum esset pessimus appeteret finem iustoz. **N**am scdm **H**rego. in pastoralis: **S**icut plerūqz mali inutiliter cōpungunt ad iusticiam: sic plerūqz boni innoxie tentant ad culpam. **I**n secūda pphetia primo cōtinuat dicta dicēdis dicēs: **N**on est deus q̄i homo vt mentiat zc. q. d. iste populus vt dixi non est maledictus a deo/ sed econtra: quia deus mentiri non potest ideo ad benedicendū adductus sum zc. **C**onsequenter videt tangere scdm statum populi supradictū quē cōmēdat in qnqz. **P**rimo

In non hebrei. **I**n dicente iusto iudice **M**art. xxv. d. **I**n te maledicti i ignē eternū **a** ipi peribunt. **Surrexitqz balaam: et reuersus ē in locum suuz: balach qz via qua venerat redijt.**

a separatione idolatrie q̄ in primo p̄cepto fuit p̄hibita. de quo dicit: **N**on est idolū in iacob: nec videt simulacrum in isrl. **S**e cundo cōmēdat illū statū de cultu vnus dei. qd multipliciter tradit in lege. de quo dicit: **D**ñs deus ei^o cū eo est. **T**ertio cōmēdat eū de hoc qz etiā sine rege tēporali victoriā obtinebant de regib^o sibi aduersantib^o: vt patet p̄cipue in historijs iosue z etiā iudi. de qz dicit: **C**langor victoriae regis in illo est q. d. licet nō habeat regē tpalē obtinet tñ victoriā ac si regē habuissent: z qz illa victoria p̄cedebat ab illo cui^o fortitudo maxima est/ ideo subdit: **D**ñs deus eduxit eum de egypto: cui^o fortitudo similis est rhinocerotis. s. cui^o cornua in quibus designatur potestas seu fortitudo: sunt preeminencia ceteris. **Q**uarto cōmēdat eos in hoc qz non regebant in cognitione agendorū seu futurorūz p vanact superstitiosa/ sed per reuelationes diuinas. de quo dicit: **N**on est auguriū in iacob: nec diuinitio in isrl/ z tēporib^o suis dicef iacob z israeli qd operatus sit dñs. s. p̄ pphetas denunciantes ea que deus vult operari. **Q**uinto cōmēdat eos de hoc qz in p̄mptu erat eis parata victoria d aduersantibus/ de quo dicit: **E**cce populus vt leena confurget zc. **E**t non accubabit leo do/ nec deuoret p̄dā z occisorū sanguinē bibat: qd p̄t intelligi de illo populo sub moyse. qui quidem moyses non accubavit. i. mortē non vidit donec deuicit reges fortes seon z og z madianitas: quoz sanguines effudit. **E**t intelligit de toto pplo qui nō accusabit. i. nō habebit quietā possessionē terre sibi pmisset: donec occideret oēs reges chanaā: vt patet in historijs sacris de hoc tractatib^o. **I**n tertia pphetia videt tangere tertium statum populi supradictū quē cōmēdat in qnqz. **P**rimū in hoc qz habebant habitationē diuinā inter eos/ et hoc qnqz i tentorijs sicut a tpe moyse vsqz ad dauid inclusiue: qn arca federis que i tentorio a moyse fabricata existens in diuersis locis figebatur: quādoqz vero i tabernaculis. s. in templis sicut in tēplo Salomonis/ z postea in templo p̄ **E**sdra z **H**ecemiam edificato/ d quo dicit: **M** pulchra zc. **E**t notandū qz in hebreo in hoc loco prius ponuntur tentoria qz tabernacula: sicut z in ordine tēporis priora fuerunt: vñ assumulat hmoi tentoria valibus ne morosis z hortis irriguis: in qb^o qsi hoies i trāitu delectant: eo qz talia tentoria nō habebant locū fixum/ sed mouebantur d loco in locum transeundo/ vt dictum est. **D**e tabernaculis vero scz de templis que immobilia erant z cedrina: dicit qz tabernacula que fixit dñs quasi cedri. ppe aquas. **S**ecundo cōmēdat illum statum de doctrina sacra/ de quo dicit: **F**luit aqua de situ la eius: exponit p̄t in postilla/ de studio legis z pphetarū qd viguit in hierusalē/ vel de sapientia Salomonis ad quā audientiam de vniuersa terra veniebāt: vt in. iij. **R**eg. iij. **T**ertio cōmēdat illū de regno tpali/ qz primus rex qui fuit in israel deuicit regē agag qui erat principalis aduersarius illius populi de quo dicit fm verā litteraz hebraicā: **S**upertollef sup agag rex eius/ z sequitur: **E**t eleuabit regnum eius: exponitur prout in postilla. **Q**uarto cōmēdat illum statum de victoria quam habuit de circūstantibus aduersarijs: vt patet tpe dauid: quaz victoriā attribuit fortitudini illius qui eduxerat eos de terra egypti dicēs: **D**eus eduxit illū de egypto zc. **D**e uorabunt gentes hostes illi^o zc. **Q**uinto cōcludit hāc pphetiā correspondenter ad primū dictum sue pphetie vbi dixerat: **Q**uō maledicam cui non maledixit dñs. q. d. illa bndictio dei qua hunc populū i patribus benedixit firma est z irretactabilis. **I**n quarta vero pphetia agit de quarto statu illius populi. s. sub xpo/ vnde in hac prophetia z nō in alijs facit mentionem d extremo tempore: qz vltimus stat^o populi israelitici fm omnes in hac vita est tempus **H**essie: vltra qd non est nisi aliud seculum. **E**t qz in hoc statu mysteria abscondita a seculis erāt implenda: idcirco in hac tñ pphetia de se dixit. **Q**ui nouit doctrinā altissimi. q. d. ista que dicitur sum nullus scit: nisi qui nouit doctrinaz altissimi. i. secreta altissimi: quē quidē statum cōmēdat in quattuor. **P**rimo ex hoc qz rex eius futurus erat celestis. de quo dicit: **D**iet stella de iacob: vnde **R**a. moy. gerūden. sic dicit in hoc loco/ qz **H**essias cōgregaturus est dispersiōes israel ab extremis terre vsqz ad extremū: idcirco assimilat euz stelle qz transit p firmamentū a summo celo. **D**e quo etiā dixit **D**aniel: **E**cce in nubibus celi sicut filius hois veniebat/ hec ille. **Q**d satis concordat veritati nostre: licet ipse qui loquitur: hoc non pfecte sentiret. **I**n signū aut huius. s. qz rex **H**essias esset rex celestis/ stella no/ ua apparuit magis: cuz nat^o esset christ^o **M**art. ij. a. **S**cdo cōmēdat statū istū ex pte p̄dicti p̄sidentis. s. xpi: qz idolatriaz p̄

Cōmēdat israel p balaam in qnqz

do: sunt preeminencia ceteris. **Q**uarto cōmēdat eos in hoc qz non regebant in cognitione agendorū seu futurorūz p vanact superstitiosa/ sed per reuelationes diuinas. de quo dicit: **N**on est auguriū in iacob: nec diuinitio in isrl/ z tēporib^o suis dicef iacob z israeli qd operatus sit dñs. s. p̄ pphetas denunciantes ea que deus vult operari. **Q**uinto cōmēdat eos de hoc qz in p̄mptu erat eis parata victoria d aduersantibus/ de quo dicit: **E**cce populus vt leena confurget zc. **E**t non accubabit leo do/ nec deuoret p̄dā z occisorū sanguinē bibat: qd p̄t intelligi de illo populo sub moyse. qui quidem moyses non accubavit. i. mortē non vidit donec deuicit reges fortes seon z og z madianitas: quoz sanguines effudit. **E**t intelligit de toto pplo qui nō accusabit. i. nō habebit quietā possessionē terre sibi pmisset: donec occideret oēs reges chanaā: vt patet in historijs sacris de hoc tractatib^o. **I**n tertia pphetia videt tangere tertium statum populi supradictū quē cōmēdat in qnqz. **P**rimū in hoc qz habebant habitationē diuinā inter eos/ et hoc qnqz i tentorijs sicut a tpe moyse vsqz ad dauid inclusiue: qn arca federis que i tentorio a moyse fabricata existens in diuersis locis figebatur: quādoqz vero i tabernaculis. s. in templis sicut in tēplo Salomonis/ z postea in templo p̄ **E**sdra z **H**ecemiam edificato/ d quo dicit: **M** pulchra zc. **E**t notandū qz in hebreo in hoc loco prius ponuntur tentoria qz tabernacula: sicut z in ordine tēporis priora fuerunt: vñ assumulat hmoi tentoria valibus ne morosis z hortis irriguis: in qb^o qsi hoies i trāitu delectant: eo qz talia tentoria nō habebant locū fixum/ sed mouebantur d loco in locum transeundo/ vt dictum est. **D**e tabernaculis vero scz de templis que immobilia erant z cedrina: dicit qz tabernacula que fixit dñs quasi cedri. ppe aquas. **S**ecundo cōmēdat illum statum de doctrina sacra/ de quo dicit: **F**luit aqua de situ la eius: exponit p̄t in postilla/ de studio legis z pphetarū qd viguit in hierusalē/ vel de sapientia Salomonis ad quā audientiam de vniuersa terra veniebāt: vt in. iij. **R**eg. iij. **T**ertio cōmēdat illū de regno tpali/ qz primus rex qui fuit in israel deuicit regē agag qui erat principalis aduersarius illius populi de quo dicit fm verā litteraz hebraicā: **S**upertollef sup agag rex eius/ z sequitur: **E**t eleuabit regnum eius: exponitur prout in postilla. **Q**uarto cōmēdat illum statum de victoria quam habuit de circūstantibus aduersarijs: vt patet tpe dauid: quaz victoriā attribuit fortitudini illius qui eduxerat eos de terra egypti dicēs: **D**eus eduxit illū de egypto zc. **D**e uorabunt gentes hostes illi^o zc. **Q**uinto cōcludit hāc pphetiā correspondenter ad primū dictum sue pphetie vbi dixerat: **Q**uō maledicam cui non maledixit dñs. q. d. illa bndictio dei qua hunc populū i patribus benedixit firma est z irretactabilis. **I**n quarta vero pphetia agit de quarto statu illius populi. s. sub xpo/ vnde in hac prophetia z nō in alijs facit mentionem d extremo tempore: qz vltimus stat^o populi israelitici fm omnes in hac vita est tempus **H**essie: vltra qd non est nisi aliud seculum. **E**t qz in hoc statu mysteria abscondita a seculis erāt implenda: idcirco in hac tñ pphetia de se dixit. **Q**ui nouit doctrinā altissimi. q. d. ista que dicitur sum nullus scit: nisi qui nouit doctrinaz altissimi. i. secreta altissimi: quē quidē statum cōmēdat in quattuor. **P**rimo ex hoc qz rex eius futurus erat celestis. de quo dicit: **D**iet stella de iacob: vnde **R**a. moy. gerūden. sic dicit in hoc loco/ qz **H**essias cōgregaturus est dispersiōes israel ab extremis terre vsqz ad extremū: idcirco assimilat euz stelle qz transit p firmamentū a summo celo. **D**e quo etiā dixit **D**aniel: **E**cce in nubibus celi sicut filius hois veniebat/ hec ille. **Q**d satis concordat veritati nostre: licet ipse qui loquitur: hoc non pfecte sentiret. **I**n signū aut huius. s. qz rex **H**essias esset rex celestis/ stella no/ ua apparuit magis: cuz nat^o esset christ^o **M**art. ij. a. **S**cdo cōmēdat statū istū ex pte p̄dicti p̄sidentis. s. xpi: qz idolatriaz p̄

de pphetijs balaam

a separatione

y iij * nitus

Enitus de uastaturus erat: et sic princeps huius mundi eiciens. **Ps. 44. b** **Q**uod erat foris: ut habetur **Joh. xij. c.** et de hoc dicit: **Consurget** uirga de israel. s. uirga directiois uirga regni tui. **D**ilexi isti iusticia et odisti iniquitate. **Et** qz idolatria an tempus leg? euagelice totuz mundu coprehēdebat: idcirco dicit: **V**astabit qz oēs filios seth. **A** seth enī gen^o humanū cōsequēter descēdit: put deducit in glo. **V**astauit igit christus omnes a seth descendentes: quia deorum suorum cultuz amouit: et templa vastauit / et aras destruxit. **N**ominauit tamē inter omnes gentes moab et idumeā seu seir / que ē terra ipsi^o edom ppter diuersas rationes. **M**oab enī qz cū moabitis loquebat: quasi diceret eis: **Et** si pñc nō supabunt te: tamē in futurū eis subiiceris. **I**dumeā uo nominauit: quia fuit primus aduersarius ipsius iacob ab ytero: cuius primogeniturā et benedictio nem iacob accepit / ut patet **Gen. xvij.** **E**t ideo in scripturis sic ut israel sepe accipit p pplo qui sū fidei et cultu dei resider: etiā si ab israel nō descendat sūm carnem: sic edom et seir sepe accipitur p gente que aduersatur populo dei: etiā si ab edom et seir sūm carnem nō descendat: prout in pphetia **Abdie** deo duce largius est tractandū: quod in christo impletū est. **S**ub iecit em omnes tales in primo aduētū / ad hoc spiritualiter cū post resurrectionē dixit: **D**ata est mihi omnis potestas in celo et in terra: sūm quam potestates condemnabitur: **Mat. 28. d** **E**t isto etiā modo potest intelligi id quod dicitur: **V**astabitqz omnes filios seth. **T**ertio cōmendat illū statum respectu populi qui fidē christi cū tāta constātia et uirili fortitudine susceperūt: qz etiā vsqz ad effusionē sanguis fidei christi p orbē diuulgauerūt: de quo dicit: **I**srael uo fortiter agit. **Q**uarto cōmendat illum statū circa secundū aduētū / quādo nō solū idu mei. s. aduersarij fidelium erunt subiecti fidelibus modo predicto: sed etiam ex toto consument euntes in ignem eternuz: et de hoc dicit: **D**e iacob erit qui dominet / et perdat reliquias ciuitatis. s. mūdi uel diaboli. **A**nde **Abdias** ppheta de hoc tractās similiter dicit: **N**ō erūt reliquie domus esau. et sic finit tur quarta

Glo. ordi.

Morabat^r et **Ca. XXV**
Morabat^r et fornicat^r ē populus. **Orige.** Ipsa historia nos edificat / docens qz aduersus nos militat fornicatio. **S**ed si habuerimus arma apli / luxurie tela nō nocerēt nobis. i. si habeamus logicā iusticie: galeam salutis: gladiū spūs quod est uerbu dei: et scutuz fidei: calciati pedes in pperatione euagelij pacis. **S**i hec arma pūcimus / diabolo locuz damus: et captiuat nos omnis demonū chorus: et dens cōtra nos irascit: nec solū in presententi sed i futuro puniemur. **F**aciunt aut nos vincere pudicia et iusticia / prudētia et cetera virtutes. **F**aciunt aut uinci / luxuria / libido / auaricia / impietas et oīs malicia. **I**dem ait **Joh. bānes** i **Apocal. Apoc. ij. d.** **H**abes ibi quosdā tenētes doctrinā balaā et. **Q**ui facit que facit balaā / doctrinā ei^o docere uideē. **S**icut de doctrina iezabel ibi memorat: nō q aliquis ex discipulis iezabel doceat que illa tradiderit / sed qui pphetas psequitur sicut illa: aut dolo aliquos capit: aut falsis criminib^o pimit innocētes: iste tenet doctrinā iezabel. **S**ic ergo qui prauo consilio scandalū generat in populo: et offensionē et iram dei puocat: uel idolorū sacrificijs cōmunicādo / uel libidini serutendo: doctrinā balaaz tenet. **E**t ergo execrabilis etiā corpis fornicatio: que uolat templū dei: et tollit membra christi / et facit mēbra meretricis. **S**ed execrabilior generalis fornicatio: i qua omne gen^o peccati pariter cōtinet. **C**ū aīa scz cōsortio sibi dei ascita / et mīmonio ei^o sociata: ab aduersario eius q eā sibi i fide despōdit corūpit. **E**t ergo spōsus et uir aīe mūde uerbu dei. i. xps. **U**n. ij. **C**oz. xi. a. **E**olo aut uos oēs vni uiro sūginē ca. ex. xpo et. **D**ū igit aīa adheret sponso: et cōplectit^r et audit uerbu eius: ab ipō suscipit semē uerbi: et cōcipit et facit filios / ut salua sit p generationē filioz. **S**i p māsarit i fide et charitate (etiā si prius sicut eua seducta fuit) ubi cōcubit^r fact^r fuerit aīe cū uerbo dei et cōplex^r adinuicem datus: nascit^r generosa pgenies: pudicitia. s. iusticia / patientia et oēs vtutes. **S**i aut se diabolo et demonib^o pstituerit: faciet filios adulterij. s. oīa peccā. **P**er singula ergo q gerim^o generat filios anima nostra: sensus. s. et opa. **E**t si quidē sūm legem et uerbu dei quod facit: parit spiritū salutis: et saluabit p generationē

Sal. 6. c.

3. Re. 13. a



Morabat^r et fornicat^r ē populus cuius filii moab: que uocauerunt eos ad sacrificia

Ca. XXV
Morabat^r et fornicat^r ē populus cuius filii moab: que uocauerunt eos ad sacrificia

filios israel esse pnos ad luxuriā: dedit consiliū ipsi balach ut mitteret puellas pulchras / nobiles et ornatas prope exercituz eorum: et q iuuenes uenientes ad se uerbis allicerent: et cum uiderent eos inflammatos ad actum carnis: non pmitterent se ab eis cognosci / nisi prius comederēt de idolotitis / et idola adorarent que secū portauerant: ut sic deus offenderetur / et populus israel a deo percuterēt: et in manibus hostium traderetur. **P**icit etiam **Iosephus** / q aliqui nobiles de israel acceperūt sibi uxores de illis. **L**icet autem hic nō sit scriptum q balaaz dederit hoc consiliū: tamen habet^r ex eo qd dicit. **J. xxxi. ca.** **C**ur feminas reseruastis: nonne iste sunt que deceperūt filios israel ad suggestionē balaaz? **E**t **Bpo. ij. d.** dicit: **H**abes illic tenētes doctrinā balaā q docebat balach mittere scandalum corā filiis israel: edere. s. de idolotitis et fornicari: et hoc ē qd dicit^r hic: **A** **Morabat^r aut^r israel eo tpe in sethim. nomē ē loci ppū** qui loco ubi p dicit^r mlieres uenerūt. **B** **Et fornicat^r ē populus** spiritualiter p idolatriā: et corpalliter p luxuriā: ut dictū est.

Morabat^r et fornicat^r ē populus cuius filii moab: que uocauerunt eos ad sacrificia

Ca. XXV
Morabat^r et fornicat^r ē populus cuius filii moab: que uocauerunt eos ad sacrificia

Glo. ordi.

Morabat^r et fornicat^r ē populus cuius filii moab: que uocauerunt eos ad sacrificia

Morabat^r et fornicat^r ē populus cuius filii moab: que uocauerunt eos ad sacrificia

Morabat^r et fornicat^r ē populus cuius filii moab: que uocauerunt eos ad sacrificia

Ca. XXV
Morabat^r et fornicat^r ē populus cuius filii moab: que uocauerunt eos ad sacrificia

A circūtu mente tue. Si dō cōtra legē ē quod agit: de cōceptio ne cōtrarij spūs parit filios peccati & maledictōis. Vtā sem per parit: semp generat: vel de verbo cōcipiēs vel de contra rio spū. Forte ad has generatiōes respicit quod dictū ē Ro. ix. c. Cum enī nondū nati fuissent: aut aliquid egissent boni aut mali zc. Iste enī generatiōes ani me ex spūs sancto generate priusq̄ faci unt aliquid boni diligūtur. Si dō ex spū maligno priusq̄ impleant aliquid mali: hoc ipso q̄ hmoi voluntate pepe rit anima: digne odio habet male vo lūtatis execrāda conceptio. Ideo forsi tan & chanaan puer anteq̄ naceretur maledictū: qz peccauerat pater eius: et pphetās noe / q̄ vnicūq̄ filioz suozū optima queq̄ signaret: vbi ad chā vē tū est: Maledictus inquit chanaā pu er. Cū ps. cxxxvj. b. Filia babilonis misera: beatus qui retribuit tibi retri bu. tu. quā re. no. Beat⁹ qui tenebit & allidet: puu. su. ad pe. Et si nōdum ali quid opis gessit in nobis babilonius cōceptus: dū paruulus ē nō miserea ris: statim interfice: odibilis em̄ est: eli de cum ad petrā ne crescat: ne augeant opera confusōnis in eo. Petra ch̄ristus est: in cōspectu tremēdi iudicij eius posita pereat hec soboles. Hec dicta sunt de generali fornicatione: cuius spēs ē corpalis fornicatio. Vnde Paulus ait. i. Cor. vi. d. Qui se iungit deo vnus spiritus est: & qui se iūgit me retriū vnus corpus est. Quasi omnis anima aut domo cō iuncta est aut meretrici. Dominū autē dixit virtutes que ch̄i stus est. i. verbū / sapientiam / virtutē / iusticiā & huiusmodi. Meretricē dō omēs malicie species. Vnde Prover. vij. b. Mulier occurrit ei habens speciem meretricis: que iuuentū facit auolare cor: da. Hec meretrici malicia ē: q̄ se iungit huic meretrici vnus corpus malicie efficiē. Sicut ergo qui se iun git domino iungit se sapientie / iusticie / pietati & veritati: & cū omnibus vnus efficitur spiritus: ita qui se iungit huic mere tricī / iūgit se impudicitie / iniquitati / mēdacio & omib⁹ malis: euz quibus vnū corpus efficiē. a **Comederunt.** Quasi etiam de his que immolata sunt idolis comederit: que execra bilita sunt apud deū. Quis enim consensus dei cum idolis? **Orige.** Ait ap̄ls. i. Cor. viij. c. Si quis viderit scientiā habentē in idolo recumbere. nōne scientia eius cū sit infirma edificabit ad manducandū idolatrica: Vbi videt nō tam rem ipsam grauem pronūciare: q̄ illius offensam qui hec videns ad idem prouocat: cum nō simili sententia muniatur: vt non tam sui q̄ alterius sit reus. Forte studiosi litteraz greccarum homines: & amatores philosophie desiderio studiozum vete rū tenebantur: philosophozū dogmata quasi idolis immola ta edebant. Que fortasse non ledebant eos qui scientiam ve ritatis acceperant. Sed minus in ch̄risto eruditi / si imitates talia legerent / vulnerari poterant. Quia ergo charitas non querit quod vtile est sibi / sed quod multis: talem verbū cibuz sciamus qui nō solum nos edificet & delectet: sed etiam vi dentes nō offendat. Est ergo nō solum in cibis idolis immo latum / sed & in verbis. Omnis sermo qui pietatem / iusticiā & veritatem docet / deo immolatus est. Qui autem impudici tiam / iniusticiā / impietatem idolis: et qui cum recipit / idolis immolata manducat. b **Ad adorauerūt.** Nota ordinē: malos seruos primo concupiscentia decipit: inde in gluiues: postremo captiuat impietas: cuius merces exoluitur fornicatio. **Orige.** Salomon cum esset sapientissim⁹ multis mu lieribus inclinauit latera: ideo deceptus est. Ego tamen non puto q̄ multe mulieres multa dogmata non nominent: que singula cum vir sapientissimus scrutari & agnoscere voluit: set: intra legis diuine regulam tenere se non potuit. Pecepit eum moabitica philosophia vt idolo moabitico immolaret: & ammonitarū & reliquarum gentium / quarū mulieres dicitur recepisse: templa edificasse: idolis immolasse. Grande opus est tot dogmatibus quasi mulieribus miseri: nec a veritate declinare / sed cōstanter dicere. Sañ. vi. c. Sexaginta sunt re gine / & octoginta cōcubine: adolescentularum nō est nume rus: vna tamen est columba mea. c **Initiatus est isra el.** Consecratus ē. s. mysterijs idoli: quod apud madianitas precipue a mulieribus colitur: & est species turpitudinis: sed scriptum vix reperit que vel qualis sit vel cuius forme: forte ne auditorem polluat. Cum ergo multe sint turpitudinis spe

cies: vna beelphegor dicitur. Omnis ergo qui turpe aliquid cōmittit: in aliqua turpitudinis specie beelphegor consecrat. **Orige.** Et initiatus est beelphegor zc. Per omnia peccata que cōmittimus: maxime si nō ex surreptione aliqua sed studio peccamus: illi demoni cui cure est quid admittimus consecra mur. Et forte tot demonibus consecra mur quot peccata cōmittimus: & myste ria idoli illius vllius suscipimus. vñ ij. Reg. ij. b. Jam enī mysteriū opera tur iniquitatis. Circūeuntes ergo que runt quomodo vnumquēq̄ mysterijs suis consecrent. Si senseris malignuz spiritū loqui in corde tuo / vt te ducat ad aliquod opus peccati. Intellige qz vult te obsecrare alicui demoni vt suscipias mysteria diaboli. Adest vnicūq̄ nrm angel⁹ bon⁹ qui regat: moneat: q̄ p acti bus nostris corrigēdis & miserationib⁹ exposcēdis quotidie videat faciem dei. Et sm Apocalypsim Johānis: vnicūq̄ ecclesie generaliter angel⁹ p̄est: q̄ vll collaudat p̄ bñ gestis populi / vel p̄ de lictis culpā. In quo stupendi mysterij admiratiōe pmoueor: q̄ tāta cura deo est de nobis: vt etiā angelos suos culpā p nobis & confutari patiat. Sicut enī cū pedagogo tradit puer: si minus dignis i butus appareat disciplinis: culpa ad pedagogū referē: nec ita puer a patre vt pedagogus arguit / nisi durus & lasciuus & p ternus pedagogi salutaria monita spreuerit. Quid autē illi anē me fiat / docet ppheta dicens Esa. j. c. Derelinquet filia sion si cut tabernaculum in vinea zc. Sui enim arbitrij est anima: et ideo iustum dei iudiciū est: quia sponte sua vel bonis vll ma lis monitoribus paret. Vnio: autē cura hūmane salutis deo est: q̄ diabolo pditionis. Quasi enim non sufficiat angelozū diligentia cōtra demonū: & eos qui ad peccandū trahūt insidē as. Ipe vnigenit⁹ dei adest / defendit / custodit: & nos ad se tra hit. vñ Mat. xviij. d. Nobiscū sū vsq̄ ad cōsumationē seculi. Nec sufficit eē nobiscū: vim nobis facit & ad salutē trahit. Vñ Job. xij. e. Omnia trahā ad meipsum. Vides quomodo nō solū volentes / sed etiam cunctantes trahit. vñ Mat. viij. c. volē ti sepelire patrē suum nec spacium temporis dedit / sed ait: Si ne mortuos sepelire mortuos suos zc. Pater etiam nos tra hit. Vnde Job. vi. e. Nemo venit ad me nisi pater me⁹ traxerit eū: qui seruis suis dicit Lu. xij. e. Quoscuq̄ inuenerit / cō pellite intrare. Sanct⁹ quoq̄ spūs ait Act. xij. d. Sepate mi hi Paulum & barnabam zc. Prohibet etiam paulum ire i asi am: & cogit ire hierosolymā: predicēs quia vincula & carceres maneāt eum ibi. d **Tolle cunctos zc.** Orige. Fortassis re ferunt hec ad angelos. Venient enī ad iudiciū nobiscuz: & sta bunt ante solem iusticie: ne forte aliquid cause ex ipsis fuerit q̄ deliquim⁹: s. ne forte minus opis expenderint: ne nos a pecca tis reuocaret. Vñ i apocalypsi: Habeo aliqd aduersū te q̄ ha bes ibi tenētes doctrinā balaā / & hmoi. Si em̄ mercedē sperat angelus / qui nos cōsignatos accepit a deo p his que bñ gessim⁹: timeret culpā p male gestis. Et ideo ostēdari dicunt cō tra solē: vt appareat quoz culpa cōmissa sunt peccata p que be elphegor vll cuiuslibet idolo pro qualitate peccati consecramur. Q si princeps. i. cuius angelus cōsignatus nō defuit / sed d bo nis cōmonuit: & locutus est in corde meo: in eo dūtaxat in quo me cōscientia reuocat a peccato: & ego spretis eius monit⁹ & cō scientie retinaculo in peccatis prupi: duplicabit mihi pena p ptemptu monitoria & facinoris cōmissi: ne mirer⁹ si angeli ve niāt cū homib⁹ ad iudiciū. Ipe em̄ dñs ad iudiciū veniet cum

Caico. de lyra

a **Initiatus est isrl beel.** i. applicatus est siue cōiun ctus cultui illi idoli. b **Et irat⁹.** hic psequēter ponit hu ius trāsgressionis punitio. Et primo i generali. scdo i speciali / ibi: Et ecce vn⁹. Circa primū dicit: c **Tolle cunctos p̄i cipes po. & sus. eos.** Dicunt expōsitores nostri / q̄ punitio p̄ mo facta est in principibus p suspensionē: quia aliqui erāt cul pabiles in trāsgressione idolatrādo: & alij subditos reprimere negligēdo. Ra. Sa. aliter exponit dicens: Tolle cunctos p̄i cipes populi: id est congrega eos vt iudicent & puniant trāsgressionem predictam. d **Et suspende eos.** s. qui inueni entur culpabiles: et hoc vltimum non referē ad principes. e **Contra solē:** vt pena sit publica sicut & peccatū: & ad ter rozē alioz: & dictū Ra. Sa. p̄onare videt huic quod subdit⁹

Scñ. 9. d.

Doralis

1. Cor. 13. b

Nota

3. Re. 11. a

Beelphegor

Doralis

Job. 22 d

Angel⁹ bo n⁹ adest vni cui⁹

Apo. 2. 2.

Act. 10. e.

Tropolo.

De angel

Apo. 2. d.

Diuisio

v v * Dixitq̄ moyses

Principibus populi sui. Offendant & principes: & si illis cur/ pa est/ desinit ira dei a populo. Debem' & magis esse solliciti scientes qd no solu p actibus nostris stabimus ante tribunal dñi: sed & angeli tanq principes & duces nostri. Und' Heb. xij. c. Obedite ppositis vris: ipsi eni puigilat rone reddituri p animab' vris. Orige. Popul' peccat & pncipes ostentant cōtra sole ad examinādū: vt arguant a luce. No eni tantū p suis arguunt delictis: pro populo eni cogunt principes reddere rationē: ne forte nō docuerint: nō mo/ uerint: nō sollicitē arguerint eos q pri mū peccauerūt ne cōtagio dispergere/ tur in populos: In ipsos enim cōuer/ tetur ira dei/ & cessabit a populo. Nec si cogitarent homines: principatus nō ambirēt: sufficit cuiq p peccatis pro/ priis argui & reddere rationes. Quid necesse est p peccatis populi ostentari contra solem ante quē nihil potest ab/ scondi: nihil obscurari? Aug'. Et dixit dñs ad moysen: Accipe duces po/ puli & ostenta eos dño contra solem: & auferet ira animationis dñi ab israel. Iratus dñs de fornicationibus israel carnalib'. s. & spūalibus. Nam & filia bus moab semiscuerant/ & idolis fue/ rant consecrati. moysi dixit vt ostenta/ ret dño duces populi cōtra solē. i. pa/ lam in cōspicuo hui' lucis. Nam gre/ cus ait paradigmatis qd dici posset exempla/ qz paradigma exemplum di/ citur. Nam Aquila dixit. Cōfige: vel poti' sursum cōfige: Symmachus aut' suspēde. S; mirū est q scriptura de/ sūt narrare vtz h fuerit ex pcepto dñi impletū: qd ptemni potuisse nō video: aut si contemptū est impune cōtemni. Si aut factū est & tacitum: cur ex eo q phinees transiit adulteros placatus fuisse dñm scriptura dicit plagā cessa/ se? Quasi crucifixis ducib' sicut pcepe rat dominus: adhuc indignatio p seue rās alio mō placāda videret: cū falsuz esse nō posset qd pñciauerat dicens: Auertet ira animaduersionis dñi ab israel. Si & factū erat qd dubitet iram fuisse auersam? Quid q opus erat: vt phinees ad placādū deū in adulteros vindicaret: & scriptura phiberet q sic placuerit dominū? Nisi forte itelliga/ mus: cum illud qd pceperat dñs d du/ cib' ppli moyses implere disponderet: voluisse eū etiā fm legē talia punire flagitia: vt iuberet vnūquēq interficere primū suū dijs alienis cōsecratū: & interea illiud phinees faceret/ et sic ira dei iā placata: nō op' fuisse duces populi crucifigi. Nec sane seueritas illi tēpori congrua qm malū sit fornicatiōis & idolatrie prudentiū fidei satis euidenter ostendit. a Qd cum vidisset phinees. Orige. Nec edificauerūt priorem populū: tibi aut qui a xpō redemptus es cui de manibus gla dius corporalis ablatu est: et datus est: gladius spiritus: arripe hūc gladiū. Si vides israeliticū sensum cū madiani/ tis scortantē meretricib': id est cū diabolicis cogitationibus volūtate ne peccas: ne dissimules: statim pcutē: pctm perime. ipam qz vuluā. i. secreta nature discuties & penetrās ipm so/ mitē peccādi reseca: ne vltra cōcipiat et generet: & maledicta pctōz soboles israelitica castra cōtaminet. sic eni sedabis irā dei. Preuenisti eni die iudiciū q dies ire d: & furoris. Et ex/ terminato fomite pcti q hic vuluā mulier' appellat: ad iudiciū venies secur'. Orem' & vt inueniā semp paratū istū gladiuz spūs p quē exterminent ipsa semina & cōcepta culpa/ & piti' vobis fiat deus p verū phineē dominū nfm iesum christum. b Arrepto pugione. significat p cruce xpi non solū ido/ latriā/ sed & oēm carnis affectū vel cōcupiscētiāz perimi/ & sic deū placari. c Occisi sunt vigintiquattuor milia. Quia lumē veritatis & iusticie relinquētes/ cecitatē idolatrie & fornicatiōis amauerūt. solis eterni lumine priuati: mortē te nebras incurrūt. Visibilis eni sol vigintiquattuor: horis oz/ bem illustrat

Exo. 32. f.

Tr. ma. 2. c. 2. q. 7. c. nos si i fi. Aug'

Gregum 11. cor. 10. b

Eccl. 45. d 1. Da. 2. f

Deu. 17. a.

Moraliter

Soph. 1. d

Dixitq moyses ad iudices isrl: a
+ Occidat vnusquisq prios su
os qui initiati sunt beelphegor.
Et ecce vn' de filijs israel intra b
uit corā fratribus suis ad scoz
tum madianiten vidente moyse
& omni turba filiozuz israel: qui
flebant ante fores tabernaculi.

Qd cū vidisset phinees fili' e f
a nobis qz cōtra talia surgēdū est.
leazar/ filij aarō sacerdoti/ surrē s
b xit de medio multitudis/ & arre/

pro pugione ingressus ē post vi b
rum israelitem in lupanar & per/ i
fodit ambos simul: virū. s. & mū

lierē in locis genitalib'. Cessa k
uitqz plaga a filijs israel: & occisi
sunt vigintiquattuor milia homi
num. Dixitqz domin' ad moy/ sen: Phinees fili' eleazari filij
aaron sacerdotis auertit irā me/ am a filijs israel: quia celo meo
commotus est contra eos vt nō
ipse deletem filios israel in celo
meo. Idarco loquere ad eum:
+ Ecce do ei paces fēderis mei/ i
o & erit tam ipsi qz semini eius pa/ ctū sacerdotij sempiternū: quia
zelatus est pro deo suo/ & expia/

bē illustrat/ & suo ambitu noctis tenebras fugat: sic & xps ad su
gādas pcti tenebras per aphs & pphetas mundum illustrat.
d Factū sacerdotij semp. Quisqz celo dei cōpūct' car/ nis stimulos cōtēpnit: cōprimt: vel subiectos ne lasciuiāt corri gūt: sempiternū sacerdotiū acquirt: pñtes ad eundē/ d quo d: Ps. cx. a. Tu es sacerdos fm ordinez melchisedech. cū quo eternū regnū pos sidebūt. Interpretat at phinees ore pccs v' ore regem: v' oris auguriū. Eleazar de' me' adiutor v' d' adiutoriū Aaron

Ps. cx. a. Tu es sacerdos fm ordinez melchisedech. cū quo eternū regnū pos sidebūt. Interpretat at phinees ore pccs v' ore regem: v' oris auguriū. Eleazar de' me' adiutor v' d' adiutoriū Aaron

Nico. de lyra

Dixitq moyses ad iudi/ ces israel rē. prios rē. pncipes eni erāt de iudicib'. b Et ecce vnus. Lic ponit punitio dicitē trāgressiōis in speciali cū d: Et ecce vn'. iste fuit magl effrons & audax in pctō suo qz alij/ quia erat pnceps i tribu symeō. vt habet. j. bzi & de isto dicit Josephus & Ra. Sa. q Josephus q licite poterat ingredi ad illā mulierē & accipere eaz v'ozē: sicut moyses acce/ perat sephorā filiā sacerdotis madian: vt habet Exo. ii. sed nō erat simile/ qz/ quando moyses acceperat sephoram: adhuc nō erat data lex filijs israel que prohiberet matrimonium cum alieni/ genis: nec moyses per v'ozem suam fu it tractus ad idolatriam/ sed econtrario ipse traxit eam de ritu gentili ad cultum veri dei. c Intrauit coram fra/ tribus suis: id est contribulibus: qui ei persuadebant contrarium. d Qui dēte moyse & oi turba filioz isrl. non q viderent ipsum concubantē cū muliere: vel intrantem locum vbi ipsa erat/ quia non erat ita prope taberna/ culū federis/ sed quia videntib' moyse et alijs ipse recessit d loco dicit: q ibat ad mulierem illam pro actu venereo/ et sic gravis erat eius culpa: tum ex con/ temptu tali: tum etiam ex publicatiōe. e Qui flebat ante fores taber/ culi. timentes iram dei propter pecca/ tum populi. f Quod cum vidis/ set phinees fili' eleazari filij aa/ ron sacerdotis. predictum virum sic pertinaciter & inuerecunde recedentē. g Surrexit de medio multitu/ dinis: & arrepto pugione. accessus celo legis. h Ingressus est post virum israelitem in lupanar. In hebreo habetur: In tabernaculum. vnde dicunt aliqui hebrei q intrauit tabernaculum illius principis vbi ad/ duxerat predictam mulierem vt ibi cognosceret eam carnaliter. In autem q intrauit tabernaculum mulieris quod erat extra castra per modum prostibuli: vt dicit trāslatio nostra. i Et perfo dit ambos simul: virum. s. & mulierē. quia reppē/ rit eos in coitu. k Cessauitqz plaga a filijs israel: et occisi sunt vigintiquattuor milia homi. quia per celū ipsi/ us phinees dominus fuit placatus ne procederet vltra plaga in populo vt patet ex littera sequenti. l Ecce do ei paces fēderis mei. i. dignitatem sacerdotij post patrem suum. licet eni dñs dedisset sacerdotiū aaron & filijs eius: tamen phinees non erat certus q deberet superuivere patri suo: et ei succede/ re in sacerdotio: sed hic fuit certificatus de vtroqz.

audacia qz bzi

h

